

qui ille tremendo examine erat. Xp̄s
o ad iudicium non venimus, quos nimirum cō-
is infirmitas, & causa inferiores exhibet.

R. Hic est verè Martyr, qui pro Christi nomine
sanguinem suum fudit: * Qui minas iudicium non
timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quaesivit,
sed ad coelestia regna pervenit.

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, &
offendit illi regnum DEI. Qui minas, Gloria Pa-
tri. Qui.

Lection IX.

Miramus ad hunc legationem, lacrymas adstratas,
miste

Bien. D. IV. 21

Lection

scimus
tur.
re no
quisq
parva

FASCO
Ad u
à R
Cong

in
RE
Tandem
T
E
Nun

Typis

FASCICULUS MEDITATIONUM
VIÆ PURGATIVÆ

Ad usum præcipuè Sacerdotum,
à R. P. NICOLAO RUGGIERI,
Congregationis Piorum Opera-
riorum Alumno

COLLECTUS;

*Jam quarta vice,
in Typographia Florentina,*

REIMPRESSUS;

Tandem ex Italico in Latinum Idioma

TRANSLATUS,

Brunopoli quinta vice typis

demandatus, Vixrentis Ereni

Nunc denuo cum Superiorum

Permissu, P. Erenitarum


In publicam lucem *annatubere*

DATUS. *Pium*



V I L N Æ

Typis Academicis S. J. Anno MDCCXLIX.




Concaluit cor me-
um intra me: & in me-
ditatione mea exarde-
scet ignis.

Psalmo 38. V. 4.




Dien B. IV. 21

PR
A De
pta
talis
neus i
ad ha
assume
dinis E
probat
ca nan
ut me
E for
bi fina
ubi sua
posita
nullus
pacita
rudine
bus au
preire



PRAEFATIO AD LECTOREM.


A Deo conveniunt omnes sacri Scriptores de utilitate orationis mentalis seu meditationis, ut supervacaneus ille labor dici posset, quem quis ad hanc veritatem fuse confirmandam assumere vellet. Quae enim certitudinis & evidentiae gaudent privilegio, probationum non indigent adminiculò, ea namq; vis & indoles est veritatis, ut mentes ratione praeditas suaviter & fortiter ad se trahat, nec ullam ibi sinat dubietatis manere caliginem, ubi suae lucis diffundit claritatē. Suppositam itaq; hac utilitatis certitudine, nullus esse deberet, qui sufficienti capacitate praeditus meditandi consuetudinem induere non deberet. Omnibus autem in hoc salutari exercitio praere tenerentur Sacerdotes, non e-




nim. erravero, si quod Laicis profectus & pietatis est, ipsis necessitatis esse, asseruero. Supponamus aliquem Sacerdotem immorigerum, & sensim in varia vitia prolapsum; illius emendationem quis operabitur? Ut Deus illi appareat, & Saulum in Paulum convertat, possibile quidem est, sed arduum imò temerarium speratu. Tētabit amicus fraterna illum admonitione convertiere? in cassum laborabit, & risu aut contemptu ipsius admonitiones audientur, vel elevatō superciliō, & sēviente in verbis & oculis bile rejicientur. Posset verbum Dei populis annunciatum, cor ipsius tangere ad compunctiōnem, sed quis ille Sacerdos est, qui conciones frequenter audiat, audiens proficiat? Audit potius ut censuret, quàm ut se emendet. Adeoq̄ nihil impossibilius ait D. Joannes Chrysostomus quàm eum

cor-

corri
contē
Unica
rema
aliqu
diter
autem
nisi il
enim
illum
dendi
ipsius
recole
bi con
obliga
cum sp
terna
bus in
miscer
medit
anima
robor




corrigere, qui omnia scit, & tamen
contemnens bonum, diligit malum.
*Unica ergo, quæ pro tali Sacerdote
remanet salutis anchora consistit in
aliqua inspiratione à Deo misericor-
diter in mentem illius immissa. Hanc
autem non consuevit Deus infundere
nisi illis, qui ad ipsum accedunt, ait
enim Proph. Accedite ad eum &
illuminamini. Modus autem acce-
dendi ad Deum nihil aliud est, quàm
ipsum attributa humili consideratione
recolere, beneficia ab ipso accepta si-
bi commemorare, propriæ conditionis
obligationes perpendere, defectus cir-
cumspicere & detestari, veritates æ-
ternas considerare, & super his omni-
bus interna colloquia cum ipsomet Deo
miscere, hoc autem est, quod dicimus,
meditari; Tunc Deo mirabiliter in
anima operante fides firmatur, spes
roboratur, amor accenditur, & quan-*



tum quis antea indulſit vitiis, tantum impoſterum anhelat fulgere virtutibus. Hæc illa mutatio dexterae Excelfi, quam per meditationis exercitium in peccatoribus habemus ſperandam. Qualiſcunq; ergo ſis, benevole Lector, ſequentes meditationes pro tua commoditate & ſpeciali profectu à me in latinum idioma translatas non minori, quàm quo à me tibi offeruntur, ſuſcipe affectu; nec te offendat ſtyli ſimplicitas, ubi non laus propria, ſed tua ſolummodò deſideratur utilitas. Quòd ſi ex hac lectione, prout firmiter ſpero, te in ſpiritu & virtutibus profeciſſe perſpexeris, Deo bonorum omnium Largitori gratias humiliter agas, i-
pſumq; mihi propitium tuis precibus reddere quaero non abnuas. Vale.

MEDI-

PER
cle
effen
& rel
bus t
omni
niſte
quod
in qu
Corp
hoc i
per v
lata:
criſci
Co




MEDITATIO PRIMA

Hæcque Fundamentalis.


CAPUT I.

Perpende, quòd Deus ideo in Ecclesia sua instituit Sacerdotes, ut essent cultui suo specialiter intenti, & rebus eundem cultum spectantibus singulari curâ præessent, super omnia autem seduli essent circa ministeriũ tremendi Altaris Sacrificiũ, quod Deus sibi offerri mandavit, & in quo vere & realiter Jesu Christi Corpus tangitur & immolatur. Ad hoc itaq; Officiũ assumptus fuisti per verba in Ordinatione tua prolata: *Accipe potestatem offerre Sacrificiũ Deo.*

Considera igitur, quòd sicut De-



us ex Angelicis Hierarchiis aliquos
 sublimiores Spiritus elegit, qui nul-
 lo addicti Ministerio, solum supre-
 mi Monarchæ assisterent solio: ita
 inter homines aliquos deputavit,
 qui nulli terrenæ curæ vacantes,
 unicè Dei cultu, & obsequio occu-
 parentur, hosq; Ecclesiasticos, &
 præcipuè voluit esse Sacerdotes, qui-
 bus dictum est: *Separavi vos à cæte-
 ris, ut essetis mei.* Propterea Tri-
 bus Ecclesiastica fuit Tribus Levi,
 quasi dicat *assumptus*, quia separati
 à reliquis, & Dei perpetuo servitio
 assumpti sunt, & ideo Ecclesiasti-
 cus *Sanctus Deo & Homo Dei* no-
 minatur. Dicitur quoq; Clericus
 id est *sors, pars, seu portio*, quia ex
 omni humano genere totaliter spe-
 ctat ad Deum, non quòd cæteri ho-
 mines Dei non sint, sed prout ait S.
 Hieronymus, quia Deus illos inter
 omnes



omnes elegit, ut speciali modo sibi
assistant ac famulentur, ipsosq; Deus
rem & portionem specialiter suam
reputat, & velut tales notat, & in-
delebilis characteris signo sigillat.

Tandem hoc etiam significare vo-
luit Deus cum in Levitico manda-
vit, ut Victima pro Sacerdote oblata
tota consumeretur, nec pars vel mi-
nima ipsius remaneret, ut hinc in-
telligerent Sacerdotes vitam ipsorū
esse debere victimam, totamq; Deo
consecratam, ita ut nihil de ea mū-
do, sibi aut aliis remaneat, ut ait
Theodoretus: *Ut integritas sacerdo-
tis demonstraretur, qui non aliquate-
nus, sed planè totum se Deo dicaverit.*

Confidera itaq; sacerdos, debitū
quo obstringeris Deo, ut totus ipsi-
us existas, & ideo totus obsequio illi-
us incumbas, quia sic Sacerdotis mu-
nus & conditio mandat.


Aꝯ

Omnes

Omnes creaturæ & quidem irrationabiles ac sensu carentes ad finē quæq; suum currunt, idq; ad quod à Deo constitutæ sunt, operantur, quemadmodum per singulas species inquirendo discernere potes. Si itaq; scis te Sacerdotem ad hunc referri finem, prout supra dictum est, officium tuum implere debes, & apta ad id arripere media, ne te à brutis animantibus in tui muneris impletione superari turpissime videas, & erubescas.

Considera 2do, si in dignitate, & officio sacerdotali, in quo Deus te misericorditer constitutum voluit, munus tuum implere, fructumq; à te expectatum facere sollicitus fueris. Perpende, an tanquam Ecclesiasticus digne te gesseris, & si sacerdotii tui annos cultui, & obsequio Dei totos impenderis; forsitan

inv
fæc
rib
inv
tui
tali
fap
nus
& u
mife
mar
zale
imp
xi,
te r
stri
giff
cum
sibi
I
effe
tre



5

irra-
fi finē
quod
ntur,
ecies
Si i-
e re-
n est,
& a-
te ā
heris
vide-
tate,
Deus
olu-
amq;
s fu-
Ec-
& fi
ob-
r san
-

invenies te minus, quā plures ex
sæculo Divinis obsequiis, & hono-
ribus operam nuncupasse. Forsan
invenies te non totum, imo nullam
tui partem Deo adhæsisse, sacerdo-
talia munia negligenter obiisse, imo
sæpius neglexisse, ac veluti munda-
nus ex professione fuisses, mundana,
& utinam licita exercuisse. *O nos
miseri* cum Divo Gregorio excla-
mans dico: *Officium quidem sacerdo-
tale suscipimus, sed opus officii non
implemus.* Si talem te ut antea di-
xi, agnoscis, sateri potes, ac debes
te non sacerdotis vitam, non mini-
stri Altaris, non Ecclesiastici pere-
gisse, *Verus enim minister Altaris, ut
cum D. Ambrosio loquar, Deo, non
sibi natus est.*

Itaq; o sacerdos, qui totus Dei
esse debes, quare Dei servitium de-
trectas? quam quæso vitam agis? Se-

6
✠(o)✠
cerdos es an Laicus? agnoscis quibꝯ
legibus te subieceris? expergiscere.
Vide quanta diligentia Dæmonum
sacris; vel, ut melius dicam, sacri-
legiis falsorum Numinum antistites
incumbant. Tu qui veri Dei mi-
nister es, minusne, quam illi, soler-
ter eidem debes famulari, qui te ad
talem, tantamq; exexit dignitatem?
excita cor tuum ad veram contriti-
onem ob offensam à Te Divinam Ma-
iestatem, & lacrymans exclama; pœ-
nitet me optime Deus, quòd loco ti-
bi diligentissime serviendi, ut mea
requirebat conditio, te peccatis meis
offendi. Non gessi me ut minister,
sed, ut hostis tuus, non tanquam e-
lectus tuoq; famulatuī consecratus,
sed tanquam scelestus mihi soli, mū-
diq; vanitatibus unicè intentus; ver-
bò, non ut Sacerdos, sed ut Diabo-
lus à te recessi, & peccatis animam
me-

meam
me D
dona
fince
vitæ
offici
ut fir
Si cr
rint,
pars
danis
residu
nister
culo,

Con
tus
verum
etiam
deles,
redem
lutis

meam coinquinavi. Da mihi optime Deus verè nunc dolenti veniam, dona indulgentiam. Hinc serio, & sincerè proponas tui emendationẽ, vitæ præteritæ in melius mutationẽ, officii tui impigram adimpletionem, ut finis tui merearis afflictionem. Si creaturæ tuos affectus requisierint, dicas illis: *Deus cordis mei & pars mea Deus in eternum.* Mundanis rebus valedicas, & quod vitæ residuum tibi superest, Deo soli, ministerioq; tuo tribuas, satis enĩ saculo, & plusquam satis te præbuiſti.

C A P U T II.

Considera, quòd Sacerdos deputatus est ad tractandum non solum verum, & reale Corpus Christi, sed etiam Corpus mysticum, nempe Fideles, & animabus Christi sanguine redemptis auxilio esse, easq; per salutis rectum tramitem verbo, & e-

xem-

xemplo ducere, in hoc enim summa officii sacerdotis versatur. Ille enī ait D. Gregorius, *unctionis officium exequitur, qui sola animarum lucra operatur.* Colligitur hoc evidenter ex verbis, quæ Prælatū ordinans sacerdoti ordinato profert nempe: *Sacerdotem oportet offerre, præesse, & prædicare, & deinde sit odor vitæ vestræ delectamentum Ecclesiæ Christi, atq; exemplo ædificetis domum, id est, familiam Dei.* Propterea vocātur à Domino Sacerdotes lux mundi, & sal terræ, quia illorum munus est animas illuminare, ab illis vitiorum patredinem avertere, & rerum cœlestium sapore conspergere. Propterea sacerdotum labia, ut Spiritus S. per os Malachiæ ait, Divinæ scientiæ plena esse debent, ut æternæ salutis monita sibi conceditis populis valeant annunciare.

Si

Si super his vel modicum te reflectas, facile videbis, quòd ipsum sacerdotis nomen has præsefert veritates, nam sicut ait D. Antonius *idem est dicere sacerdotem, ac sacerdotem sive sacrum ducem, & convenit cum D. Ambrosio, qui sacerdotes vocavit Duces & Rectores gregis Christi.* Item nomen Presbyter idem sonat ac præbens iter, teste Honorio Augustodunensi.

Professio Ecclesiastica à sacris Conciliis vocatur militia clericalis, & vita ecclesiasticorum est vita beligerantium, quia quemadmodum milites Regum Provincias defendere amissasq; armis recuperare tenentur, ita Sacerdotes validis precum, & sacrificiorum armis, animas veluti Regna Dei tuentur, & quas hostis infernalis sibi per peccata subiugavit, ab hujusmodi hostis tyrannide

vin-


vindicare tenentur. Ideo Corpus, sive congregatio fidelium vocatur, *Populus acquisitionis.* Officium verè lucrosum est officium sacerdotū, quod S. Ambrosius vocat *officiū quaestus, non utiq; pecuniarū, sed animarū.*

Itaq; ô Sacerdos convictus, uti esse debes, tam palpabilis veritatis, lætare imprimis, quòd Deus ad animarum salutem procurandam te sibi velut coadjutorem elegit, hoc enim sublime ministerium tibi felicissimam promereri potest æternitatē; *Omnium enim divinatorum divinissimū est cooperari saluti animarum ait Arcopagita.*

Deinde considera, quàm arcto obligationis vinculo stringeris, ut sedula applicatione salutem animarū, tanquam unicum, & principale munus tuum, exequaris. Quanta rerum perturbatio foret, si sol, qui ad

mun-

mund
est, c
brati
relin
sordo
sacer
easde
præte
Co
Sacer
pore
salut
labor
prox
pus
tract
ce ill
is me
tio, c
vitan
mæ
tua c



mundum illuminandum deputatus est, contractâ radiorum suorum vibratione cuncta tenebris obscurata relinqueret? non minor autem est disfordo, & rerum perversa facies, si sacerdos salutî animarum ordinatq, easdem regere, aut negligat, aut prætermittat.

Considera 2do, quot jam annis sis Sacerdos, & quot animas hoc tempore Deo fueris lucratus; quot in viâ salutis reduxeris aberrantes, quantû laboris pro utilitate spirituali tui proximi impenderis, quomodo Corpus Christi verum, & mysticum pertractaveris, quantos exempli tui luce illuminaveris, quantos verbis tuis meliores effeceris. In sacerdotio, quod est officium laboris, forsã vitam segnem duxisti. Forsan animæ Christi sanguine redemptæ, & tuæ curæ commissæ periclitantur, aut


pere-

pereunt, & tu domi otiaris, ruri vagaris, de officio, de anima tua, ne parum quidem cogitando, sollicitaris; quid sperent à te proximi, si teipsū ita negligis? quod si è contra animarum saluti te impendisti, vide an nō id ex humanis respectibus, vel turpis lucri gratiā feceris, & in hoc casu scias te muneri tuo non satisfacisse, sed loco meriti, iram tibi in die iræ thesaurizasse. Hinc si loco ædificationis, pravo exemplo tuo proximum scandalizasti, si loco auxilii jacturam animarum procurasti, si cū easdem ad Deum dirigere debueras, ad infernum protruxisti, si pro debita ipsis instructione nugas, fabulas, & forsā quid pejus docuisti, si tandem cū illas, tanquam bonus Pastor in humeris tuis ad caulam Dominicam gestare debueras, vilis mercenarius, aut lupo rabido easdem

dem
tota
ut ab
pecc
entit
O
marè
tor l
tuo,
mi S
laery
rere
sce n
offici
su, p
mnis
mort
rim
rem,
caren
fectu
plevi

dem dilaniasti, aut perire permisisti,
tota animi contritione contendas,
ut ab eo consequaris veniam, qui
peccatoribus ad se sincere confugi-
entibus nunquam denegat gratiam.

O Sacerdos Coadjutor Christi a-
marè fleas, quòd factus sis Coadju-
tor Diaboli, excitare jam à somno
tuo, & confugiens ad pedes dulcissi-
mi Salvatoris tui Crucifixi, inter
lacrymas & suspiria, dic ipsi: mise-
rere mei clementissime Jesu. Igno-
sce mihi, qui malè adeò sacerdotalis
officii mei leges implevi. Tu, mi Je-
su, pro animarum salute vitam æru-
mnis plenam duxisti, & amarissima
morte conclusisti; Ego autem miser-
rimus homo, ut genio meo indulge-
rem, ut otio & mundi illecebris va-
carem, non tantùm animarum pro-
fectum neglexi, officium non adim-
plevi, sed te turpissimè, & inquisi-
mè




mè toties offendi. Imploro itaque coram te humiliatus & contritus peccatorum meorum veniam. Tu sanguinem tuum totum in passione pro animabus nostris effudisti, & adhuc pro unica anima, si fieri posset, effunderes, ego autem scelestus quot perire ex negligentia permisi, imò quot ipsemet in manus Diaboli tradidi, adeoq; in ipsumet malitiæ abyssum penetravi. Miserere itaq; mei Domine, dele iniquitatem meã. Erunt lacrymæ meæ panes mei die ac nocte, quia heu nimium peccavi, & malum coram te feci.

C A P U T III.

Considera primò, quàm indecens, quàm turpe sit sacerdotem operi tam sublimi, tam sancto, cultui nēpe Dei, animarumq; salutis deputatum, inter mundanas curas, & sæcularia negotia sordescere; hoc planè intel-
liges

liges, si tecum ipse sic exempli causa discurras: Quàm turpe, quàm sacrilegum mihi videretur, si quis calicem consecratum culinariis usibus adhiberet, vel si olea sacra in lucernæ alimenta converteret? Id solum audire causa est horroris, argumentum iniquitatis; Ast non minus Deo dicatus est sacerdos, quàm calix aut oleum consecratum. Quàm ergo indignum, quàm horrendum est, ut idem Sacerdos ministeriis, & usibus terrenarum, viliumq; rerum adhibeatur. Si primarius aliquis minister regius, cui Regni summa negotia commissa sunt, eadem negligeret, ut aliquot rusticorum rebus incumberet, quid de eo sentires, quid interrogatus proferres? Sic facimus nos sacerdotes, inquit D. Gregorius: *Dei causas relinquimus: Et ad terrena negotia vacamus, potthabentes*




tes causas cœlestis Regis, quæ omnibus mundi prævalent Regnis, intēta mente terrestria, per se sordida, & vilia procuramus. Perpende, quòd ista adeo dedecent, ut in antiquis Canonibus sæpe vetitum fuerit Ecclesiasticis secularia tractare negotia, & iidem Canones in Oecumenica Tridentina Synodo confirmati, ac renovati fuère. Dedecent inquam ista tam multum, ut Concil. Carthagin. Sess. 22. vetuerit Missas celebrari pro iis, qui sacerdotes priorum Testamentorum designarēt executores. Et Ecclesia volens hanc veritatem Clericis instillare, tonsuram capillorum demandavit, per quam significaretur, juxta Cōcil. Toletanum, temporalium omnium depositio. Similiter S. Pontif. Sylvester ut quotidie Ecclesiastici veritatis hujus memores essent, mandavit,

davi
madæ
rētur
rarum
vacar
rælun
ut ipsi
Magist
per ho
distrat
Nu
super
cogita
quæ g
& si ad
marum
terren
te præ
vere v
muner
tem, a
conven

davit, ut dies quinq; unius hebdomadæ feriæ seu vacationes nūcuparētur: *Quotidie clericos abjecta cæterarum rerum cura uni Deo prorsus vacare debere.* Tandem adeo naturæ lumini veritas hæc est conformis, ut ipsimet gentiles suis Sacerdotib; Magistratus gerere prohiberent, ne per hoc à Numinum suorum cultu distraherentur.

Nunc ergo reflecte te ô sacerdos super vitam quam ducis, examina cogitationes quas nutris, negotia quæ geris, curas quibus occuparis, & si advertis ista non ad Deum animarumq; salutem, sed ad temporalia terrenaq; respicere, scias pro certo te præter exigentiam tui statûs vivere vitam à Dei voluntate alienam, muneri officioq; tuo planè repugnātem, adeoq; seriò cogita, & statue conversationem à sæculo segregatā,
& ve-




& vere sacerdotalem assumere.

Considera 2do, quod tam indecens est Dei ministro curis sæcularibus se irretire, ut etiam si hoc ad bonũ finem directum sit, attamen censurã mereatur, & reformationem; evidẽs hujus veritatis testimonium habem9 in sacris literis. Jetro reprehendit Moysen Generum suum, qui cum à Deo electus esset in Ducem populi Hebraici, ut in spiritualibus gubernaret, circa lites rixasq; forenses dirimendas occupabatur; dixitq; illi *Non bonam rem facis, stulto labore consumeris, esto tu Populo in his que ad Deum sunt.*

O quot sunt, in diebus nostris, qui ducunt quidem sicut Moyses animas ad terram promissionis, hoc est æternæ salutis, & Christianæ perfectionis, & verè directionis ipsorũ virgã operantur prodigia sed quia
inge-

ingeru
gotiis
sua pr
ficiũ sp
dem se
hono f
rem fac
tur. N
pœnite
tos, au
Duces,
bis, q
ulteriu
decent
riatori
bus pr
bus, q
quid
nterim
cultui
præpo
negotia



ingerunt se pœnitentium suorũ negotiis temporalibus, à vocatione sua procul aberrant, & proprii officii splendorem obfuscant; sed tandem semel intelligant, quòd etiam si hono sine procedant: *Non bonam rem faciunt Et stulto labore consumuntur.* Non vocavit vos Deus vestrorũ pœnitentium Procuratores, Advocatos, aut dispensatores, sed animarũ Duces, & Zelatores. *Esto Populo in his, quæ sunt ad Deum.* Perpende ulterius, quòd si hæc non licent nec decent, quid de sacerdotibus negotiatoribus erit, quid de sacerdotibus proxenetis, quid de mercatoribus, quid de agricolis? Mi Deus quid fiet, cum parebimus ante Te! Interim pudeat sacerdotem Deo & cultui ejus dicatum, animarum curæ præpositum, inter terrestria versari negotiã, & procul à Dei famulitio,

B

cui

cui nomen dedit, per devia illicita-
rū occupationū compita divagari.


Quicumq; hæc agis sacerdos, se-
riā age pænitentiam vitamq; tuam
stude in melius reformare. Versen-
tur semper ante oculos cordis tui
illa verba Apostoli: *Nemo militans
Deo implicat se negotiis secularibus,
ut ei placeat, qui se probavit.*

C A P U T IV.

CONsidera primo tanquam rem jam
certam, & probatam, quòd scopus,
& officium sacerdotis est Divi-
nus cultus, & spiritualis directio
proximi. Quòd autem plurimi sa-
cerdotes ad hunc scopum non ten-
dant, inde provenit, quia vel hunc
scopum non agnoscunt, vel si eun-
dem speculativè sciunt, ad illum
propriam intencionem non dirigunt,
seu hunc pro objecto, & fine sibi
non proponunt. Utinam aliqui non
essent,

essent,
nomina
hensio
nec no
animar
unt, se
jecto ha
tūs Ecc
ait D. E
meliores
sanctior
Quot s
sibi cor
lo pro
lunt, ut
petenda
cerdoti
pissant
Avila,
comedan
& pro e
fanare!

effent, qui clericali militiæ sua dant
 nomina, & ne prima quidem apprehensione Divini cultûs, & obsequii,
 nec non instructionis proximi, & animarum salutis momenta percipiunt,
 sed pro unico & principali objecto habent vitæ commoda, & Statûs
 Ecclesiastici privilegia, & ut ait D. Prosper: *Ordinantur, non ut
 meliores fiant, sed ditiores, non ut sanctiores fiant, sed honoratiores.*
 Quot sunt, qui non valentes aliquid sibi commodi, aut honoris in sæculo
 procurare, Sacerdotes fieri volunt, ut missarum stipendiis à stipe
 petenda liberentur. O divinum Sacerdotium, quo devenisti! o turpissimus
 abusus, clamabat Magister Avila, *Sacrificare, evangelizare, ut comedant,
 cælum dirigere ad terrã, & pro esca corporis escam animæ profanare!*



Perpende, quomodo talis farinae Ecclesiastici vocationi propriae responderent, & quanta perversitate actiones ipsorum ad solū Deum dirigendæ, ad fines adeo incongruos ordinabunt, *querentes, quæ sua sunt, non quæ JESU Christi.* Hinc sequitur, quòd immemores sacerdotalium obligationum, aliud, quàm temporalia bona, non cogitant, & ut ait Isidorus Pelusiota, *ad stipendia dumtaxat oculos habent.* Non querunt ditescere in doctrina, & spiritu, ut ministeriis propriis aptiores fiant, sed solū commodis inhiant; *non virtutum merita, sed subsidia vite presentis exquirunt, ait D. Gregorius,* & postquam id, quod appetebant obtinuerunt, nil ultra cogitantes, velut lapides ad centrū hærentes, quiescunt.


O summe Deus, qui Sacerdotale
Offi-

Officiū
tuiti,
les ade
sitaten
& cor
git ipse
ut refi
mende
honor
tuum.

Con
Sacerd
vit; &
amor d
salutis
opport
hoc ob
tui Off
Si inve
verè ha
amare
quam d

Officiū ad tam sublimia munia insti-
tuiti, aufer ab hominum mente vi-
les adeo fines, tantam tolle perversi-
tatem, dirige cogitationes eorum,
& cordis affectus ad id, quod exi-
git ipsorum Dignitas; Illumina illos,
ut respiciant, propriam vitam e-
mendent, ut Tibi inde proveniat
honor & gloria, nunc & in perpetuum.

Confidera 2do, quis te finis ad
Sacerdotium suscipiendum permou-
vit; & an verè & coram Deo solus
amor cultūs ac gloriæ Dei, nec non
salutis proximi tibi hoc svasit; an
opportunis aptisq; mediis ad munus
hoc obtinendum usus fueris, & an
tui Officii partes ritè adimpleveris;
Si inveneris alia te habuisse motiva,
verè habes cur te pœniteat, & cur
amarè gemas coram Deo, cū post-
quam cœlestem viam elegisses, ad



terrenos imò infernales tramites
 conversus es, bene incepisti, in me-
 dio malè te gessisti, in fine, ni resi-
 piscas, infernum promeruisti. Sed
 quandoquidem characterem in ani-
 ma tua impressum delere non est ti-
 bi ampliùs possibile, & omnino Sa-
 cerdos manere debes, ideo doleas
 imprimis, quòd hucusque Officium
 tuum nec cognovisti nec implevisti,
 firmiter propone imposterum verè
 Ecclesiasticam vitam assumere, &
 verè Sacerdotem agere, ac si hic &
 nunc sacram ordinationem suscipe-
 res. Implora ferventer Divinæ gra-
 tiæ adjutorium, eoque feliciter ob-
 tento exultans exclama: *Nunc cæ-
 pi; hæc mutatio dexteræ Excelsi.*

MEDITATIO II.

Fundamentalis.


CAPUT I.

Con-

Con-
 can-
 excelsa
 gnitate
 omnes
 eminen-
 omnium
 ideo, q
 lior est
 finis)
 ergo e
 bilior,
 & salu
 Sacerd
 & titul
 Infu
 lior est
 tanto
 Officiu
 dotii o
 states,
 terdoti

Considera primò, quòd Deus te vo-
 cando ad Sacerdotium, in valde
 excelsa, & sublimi te constituit di-
 gnitate. Finge tibi, ait D. Ignatius,
 omnes honores, dignitates, & præ-
 eminentias hujus mūdi, & scias, quod
omnium apex est Sacerdotiū, & hoc
 ideo, quia eò nobilior & honorabi-
 lior est dignitas, quò sublimior est
 finis, ad quem dirigitur. Cùm
 ergo excogitari non possit finis no-
 bilior, quàm immediatus Dei cultus,
 & salus animarum, per consequens
 Sacerdotium omnes mundi honores,
 & titulos longè superat.

Insuper quò major, & admirabi-
 lior est potestas alicui adnexa officio,
 tanto majoris pretii est ipsummet
 Officium; cùm autem potestas Sacer-
 dotii omnes mundi excedat pote-
 states, ergo necessario infertur Sa-
 cerdotiū omnium esse apicē dignitatū;



Et quidem si cogites, quanta sit Sacerdotum potestas, invenies eam omni mundanæ potentix superiorē, paucis enim verbis inanem panis substantiam in verum vivumq; Corpus Christi convertit, *obediente veluti Deo voci hominis.* D. Chrysostomus ponderans illam admirabilem potestatem Sacerdotū, qua peccata remittunt, ait, *sicuti Pater æternus totam divinam potentiā tribuit Verbo, ita quodammodo Christus eandem Sacerdotibus communicavit: Cæterū video omnifariam ipsam potestatem à Deo filio Sacerdotibus traditā.* Meritò igitur à S. Dionys. Areop. Sacerdotalis dignitas: *Ingens & Divina dignitas,* & à S. Ephrem, *Immensa & infinita Sacerdotum Dignitas* nuncupatur. Hic perpende, quòd cum ad tam eximiam Dignitatem sis evehctus à Domino, tibi incumbit,
Ipsi

Ipsi d
ipfius z
Deinde
vivend
vilefca
riorior
ceptum
ambule
estis.

Con
tu Sac
agnole
Grego
prejud
tolerat
forsan,
forsan
facilit
vocem
dicent
mulavi
catis t

Ipsi diligentius famulari, gloriâq;
 ipsius zelare, & pro virili procurare.
 Deinde tibi convenienter statui tuo
 vivendū est, ne Dignitas tuâ culpâ
 vilescat, sed potius tuo merito glo-
 riosior evadat, & sic implebis præ-
 ceptum Apostoli dicentis: *Dignè
 ambuletis in vocatione, qua vocati
 estis.*

Considera 2do, quomodo in sta-
 tu Sacerdotali te gessisti, & forsan
 agnosces dici de te posse, quod D.
 Gregorius deflebat: *Nullum majus
 præjudicium, quam a Sacerdotibus
 tolerat Deus.* Illū offendisti peius
 forsan, quā irreligiosus laicus, imò
 forsan Dignitate tua usus es, ut illū
 facilius offenderes. Imaginare tibi
 vocem querulantis contra te Dei
 dicentis: Ego tanto honore te cu-
 mulavi, & tu me inhonorasti, & pec-
 catis tuis summā injuriā affecisti:

Mecum peiùs, quàm cum tuo quodã
 mancipio fecisses, egisti; Ego velut
 Pater cum filio tecum processi, car-
 ne & sanguine meo te nutrivi, tu
 autem me tuis commodis, tuis passi-
 onibus postposuisti. *Filios enutrivì
 & exaltavi, ipsi verò spreverunt me.*
 Filius honorat Patrem, & servus
 Dominum. *Si ergo Pater ego sum,
 ubi est honor meus; Et si Dominus
 ego sum, ubi est timor meus,* dicit
 Dominus Exercituum ad vos Sacer-
 dotes.

His tactus, cõpunctusque vocibus
 Dei tui, agnosce Sacerdos maximã
 injuriam, quam ipsi intulisti, & corã
 Divina Majestate prostratus, veluti
 alter publicanus culpã suã con-
 scius, qui oculos in cælum levare
 non audebat, te confitere super o-
 mnes scelestissimũ, nec clamare ces-
 ses: Deus propitius esto mihi pec-
 catori.

catori
 pramq;
 amare
 totis
 & fav
 serio fi
 sacerdo
 Dignit

Con
 Sa
 excel
 possit
 hilom
 tibi es
 max in
 Regna
 soluti
 Sacerd
 ris ve
 Tribu
 sumen

catori. Propone deinde verā prō-
ptamq; tui emendationem, nempe
amare impofterū, & glorificare ex
totis viribus Deum, qui te gratiis
& favoribus tantis ornavit, deinde
feriò studere, ut omnes actiones tuæ
sacerdotali ex æquo respondeant
Dignitati.

C A P U P II.

Considera, quòd etiāsi Dignitas
Sacerdotalis ita sublimis sit &
excelsa, *ut nullis*, ait D. Ambrosius,
possit comparationibus adæquari; ni-
hilominus, ut speciem aliquā ipsius
tibi efformes, cogita, quòd si supre-
mæ in terris Dignitates sunt Imperia,
Regna, & Monarchiæ, attamen non
solum easdem adæquat, sed superat
Sacerdotiū. Habemus in Sacris lite-
ris vetitum fuisse, ne quis ex una
Tribu uxorem sibi ex alia Tribu as-
sumeret. Soli verò Tribui Levi,

quæ fuit Sacerdotum Tribus, indul-
tum est matrimonia contrahere cū
Tribu Juda, quæ Regū Tribus fuit,
idque ut scribit Lyranus: *Propter*
utriusq; Nobilitatem: Pariter man-
davit Deus, ut soli Tribui Levi æ-
teræ Tribus præberent tributū, ve-
luti Regibus, & Principibus, prout
Philo Hebræus scripto reliquit.

Si itaq; Sacerdotiū antiquæ Legis,
quod umbra evangelici sacerdotiū
fuit, pro regia dignitate reputaba-
tur, quanto meliori titulo Sacerdo-
tes à Christo instituti, & consecra-
ti, quique non pecudes immolant,
sed verum Dei filium, veluti agnum
absq; macula æterno Patri offerunt,
Imperatores, & Reges dignitate
præcellunt? Hoc ipsum testatus est
Constantinus Imperator, qui in Con-
cilio Nicæno post omnes Sacerdotes
sedem, & quidem demissorem, sibi
poni

poni mandavit. Rex pariter Boleflaus nunquam coram sacerdotibus sedere visus est.

Si ergo tanti decoris, & pretii est Dignitas sacerdotalis, vide quanta animi majestate, & decore, quanta corporis compositione, & munditie sit exercenda, & ab omni nævo custodienda. Quemadmodum summi dedecoris esset Regem vilioribus de plebe se associare, ita extremi pudoris & prostitutionis foret Sacerdotem acibus professione sua indignis se ipsū coinquinare. Quapropter perpende, an tu hucusq; o Sacerdos, dignè steteris in gradu tuo; An ita operatus fueris, uti decuit Virū regali dignitate fulgentē. An coram Deo, & hominibus virtute corruscans comparueris, an tui Officii munia debito decore, & diligentia compleveris. Audio matrem Ecclesiam

clesiam exclamantem contra abusus,
 & absurditates Sacerdotū, & Hierem-
 iæ lachrymis dicentē: *Quomodo*
obscuratum est aurum, mutatus est
color optimus. Unde factum est, o
 Sacerdotes, ut vestri Ordinis celsi-
 tudinē adeò deprimi feceritis? Vos
 nobilissimi filii Sion, ministerio al-
 tissimi præpositi, & in mensa Domi-
 ni recepti, quare ad tam viles epulas
 accessistis. *Filii Sion inclyti amicti*
auro primo amplexati sunt stercora.
 Eja exurgite, Dignitatē vestrā custo-
 dite, & qui Deo ministrare debetis,
 vilia apud homines obsequia respu-
 ite. D. Gregorius optimē applicavit
 Sacerdotibus, Officiū suū non æsti-
 mantibus illum Textū Davidicum:
Homo cum in honore esset, non intel-
lexit, comparatus est jumentis inspi-
entibus, & similis factus est illis.

O sacerdotiū obscuratū, o digni-
 tas

tas pe
 contem
 tandem
 vobis
 Vos ge
 rium, &
 plus v
 opprob
 Flete c
 quam i
 cidisti
 Deind
 mē in
 sistere
 potest
 gnitate
 ter pos
 percep
 cere, a
 tas Sa
 deinde


tas p̄ffumdata, o p̄æminētia in
 contemptum conversa! resipiscite
 tandem o Sacerdotes, & mementote
 vobis dixisse Apostolum Petrum,
Vos genus electum, regale Sacerdo-
zium, gens sancta, nec unquam am-
 plius vestra fiat culpa, ut dicamini
opprobrium hominū, & abiectio plebis.
 Flete coram Crucifixo miseriam in-
 quam incidistis, honorem unde ex-
 cidistis, scandala, quæ p̄buiistis.
 Deinde proponite 1mo, idq̄; firmissi-
 mē in vestri characteris decore per-
 sistere, & quidquid illum obfuscare
 potest, abominari. 2do, Vestrā Di-
 gnitatem officiumq̄; vestrū frequen-
 ter ponderare, examinare, ut rectē
 perceptū valeatis de condigno exer-
 cere, ait enim S. Ambrosius: *Digni-*
tas Sacerdotalis prius noscatur, ut
deinde à vobis seruetur.

C A P U T III.

Con-

Confidera imo, quàm nobilis fit
 Dignitas Sacerdotalis cōparando
 illam cū cœlestibus & angelicis Po-
 testatibus, Sacerdotes enim in Sac-
 literis *Angeli* nominantur. Mala-
 chias de ipsis loquens, ait: *Sacerdos*
angelus Domini est, & D. Hierony-
 mus: *Sacerdos Domini verissimè an-*
gelus dicitur, quia cū ordinatus
 fit ad ministrandum immediatè Deo,
 ad iuvandos homines circa negotiū
 æternæ salutis, ad ostendendā iisdē
 Divinam voluntatē, fungitur in his
 Angelorum Officio, Sanctus Bernar-
 dus ait, Sacerdotes non solūm An-
 gelis æquiparari, sed Archangelorū
 dignitatem superare; *Prætulit nos*
Deus Angelis & Archangelis, prætu-
lit Dominationibus. Et ratio est, quia
 Angeli dicuntur Servi Dei, omnes
 sunt *administratorii spiritus*, Sacer-
 dotes autē amicorū & domesticorū
 no-

nomen
 cū vos se
 etiā Ang
 tis, om
 chix Ch
 peccata
 tamen u
 Si ita
 Dignita
 ut ipsos
 conver
 peratio
 Just. h
 human
 onem h
 Hic
 ta tua.
 fuisse,
 angelos
 enim p
 vixera
 let: S



nomenclaturâ donantur. *Non jã dicã vos servos, sed amicos.* Præcellunt etiã Angelos omnes ratione potestatis, omnes enim Angelicæ Hierarchiæ Christi Corpus consecrare, aut peccata remittere non possunt. Quod tamen utrumque facit Sacerdos.

Si itaque plus quàm angelica est Dignitas Sacerdotũ, consequens est; ut ipsorum vita angelica sit, angelica conversatio, angelica quæcunque operatio. Et hoc innuit D. Laurentius Just. his verbis: *Angelicã potiùs quàm humanam debet Sacerdos conversationem habere.*

Hic reflecte te Sacerdos super vita tua, & fortasse invenies te imitatũ fuisse, imò superãsse angelos, sed angelos rebelles & infernales, fors enim peius vixisti Sacerdos, quàm vixeras sæcularis, & de te dici vallet: *Si videbas furem, currebas cum eo,*

eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Si ita est, erubescere, confundere, & terge lachrymis turpes maculas criminis.

Considera 2do, quòd tã magna est Dignitas Sacerdotis, ut quasi adæquet Dignitatem Virginis Matris. In istius Utero incarnatus semel est Dei filius; in manibus Sacerdotis quodammodo incarnatur Christus Jesus. Audi S. Augustinum: *Verè veneranda Sacerdotum Dignitas, in quorum manibus Dei filius, velut in utero Virginis incarnatur.* Unde si Virgo Maria Deipara dicitur, quia peperit Christum Deum-Hominem; Sacerdotes à D. Bernardo vocantur *Christi parentes*, ob potestatem, quã habent Christi Corpus consecrandi, & eundem per Divinam gratiam in corde Peccatoris absoluti à peccatis quasi parturiendi. Si hæc con-
sede-

sideras,
sublimi
us illuf
corde t
mentia
fima Vi
Magnif
exultau
tari me
qui pot
gnum
osã di
blimay
in laud
tam ex
vit.
Pond
immen
deris,
tus co
implor
muneri

fideras, tibi clarissimè elucet, quàm
 sublimis sit prærogativa, qua te De-
 us illustravit, adeoq; habes, quòd in
 corde tuo læteris, & Divinam cle-
 mentiam eodem, quo usa est Beatif-
 sima Virgo Cantico, laudes dicens:
Magnificat anima mea Dominum, &
exultavit spiritus meus in Deo salu-
zari meo: Quia fecit mihi magna,
qui potens est, & quo magis te indi-
gnum agnoscis tantâ, tamq; glori-
osâ dignitate, ad quam te Deus su-
blimavit, tantò magis te diffundas
 in laudes illius, qui te in honore
 tam excelso misericorditer colloca-
 vit.

Ponderans tandè quàm malè huic
 immenso beneficio hucusq; respon-
 deris, verè compunctus, & contri-
 tus corde Divinam indulgentiam
 implora; & immutabiliter propone
 muneris tui meritum & pretium de
 con-



condigno æstimare, & insuper te in virtutibus exercere, quibus Beatissima Virgo placuit Altissimo, humilitate nimirum & puritate.

C A P U T IV.

Considera imo Apicem Dignitatis sacerdotalis, nam Sacerdotes nomine, & potestate ipsimet Deo assimilantur. Et quantum ad nomen attinet, habemus specialiter in Exodo, quod Sacerdotes Dii vocantur, nam Deus volens inhibere Hebræis, ne malè de Sacerdotibus loquerentur, dixit, *Diis non detrahes.* Unde advertit S. Gregorius, quod Sacerdotes non solum à Populo Dii vocantur, sed *Deus etiam ipse Deos appellat*, & propterea S. Dionysius Areop. dixit de Sacerdotali dignitate, *Divina dignitas*; & S. Clemens vocat Sacerdotem, *post Deum, terrenum Deum.*

Quan-

Quant
tem per
catorum
potentis
audient
tentem,
est pecca
us? & i
Sacerdo
in terra
pulator
cens:
Ordinis
rum non
Perpe
test tibi
ultra fa
per te
& si be
is, imm
cælis te
conver

Quantum verò spectat ad potestatem perpende, quòd si remissio peccatorum adeò propria est Divinæ potentiaë, & authoritatis, ut Judæi audientes Christum peccata remittentem, mirantes dicerent: *Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus?* & ideo tribuens Christus hanc Sacerdotibus potestatem Vice-Deos in terra eosdem constituit. Adstupulatur S. Pont. Innocentius, dicens: *Sacerdotes per excellentiam Ordinis, & Officii Dignitatem, Deorum nomine nuncupantur.*

Perpende igitur, quàm meritò potest tibi Deus dicere: *Quid debuisti ultra facere tibi?* Te glorificavi super terram, Deum terrenum te feci, & si bene usus fueris beneficiis meis, immarcescibilis gloriæ Coronâ in cælis te glorificabo. Tu autem è converso quid Deo respondere potes,

tes, nisi forsan sic: quid ultra mali
facere potui & non feci. Plus fecis-
sem si potuissem, sed tu misericors
impedivisti. Peccator mortaliter
peccans quantum in se est, ajunt
Theologi, tentat esse suū Deo sur-
ripere; Si tu itaque lethaler pecc-
cāsti, Deum, qui te suū in terris vi-
ces gerentem fecit, tollere tentāsti,
& de capite coronam suæ Maje-
statis impia manu auferre voluisti
ei, qui te inæstimabili Sacerdotis
honore ac gloriā decoravit.

Agnosce tandem, quā procul
ā via tuæ vocationis aberrāsti, &
quā indecens ac turpe sit in tanto
Officii honore versari, & vitā adeo
contrariam vivere, irrevocabiler
statuere debes veram & indilatam
tui reformationem, & Divino auxi-
lio implorato omnem adhibere co-
natum, ut Dignitati tuæ adeo sanctæ
par

par tu
deat.

Confu

Sacerdo

bilis est

gaudent

cularibu

non alite

sunt. Ho

putant,

numero

los con

do pote

essent,

sanctē v

in preti

ut aliq


ta domi

illos rec

tiā enim

pium, &

li aguit



par tua vita, & conversatio respondeat.


Considera 2do, ob quam rationē Sacerdotes, quorū dignitas adeò nobilis est, sæpe modica existimatione gaudent, imò interdum maximo à secularibus afficiuntur contemptu, non aliter, ac si de infima plebe essent. Hoc non provenit, ut quidam putant, ex eo, quòd nimis multi sint numero, hæc enim multiplicitas illos contemptibiles facere nullo modo potest, quin imò si adhuc plures essent, & singuli exemplariter, & sanctè viverent, apud omnes essent in pretio & honore. Neque ipsorū, ut aliqui asserunt, paupertas & curta domi supellex minùs observatos illos reddit, & vilipensos; experientià enim constat Sacerdotem verè piū, & exemplarem, atque pro tali agnitum, quò villiori comparet veste,

veste, eò magis ab hominibus coli
& amari. Vera & unica huius dis-
ordinis ratio sunt mali Sacerdotũ
mores, libera nimis conversatio, vi-
tia quibus indulgent, virtutes qui-
bus carent. Aurum luto consper-
sum non splendet, neque sui desi-
derium excitat, non curatur, sed
conculcatur.

Et ecce Dignitas sacerdotalis in
homine immorigero aurum est luto
consersum, *Ornamenta in luto, di-
gnitas in indigno*, ait Salvianus. Mi-
Deus, qualem possunt profiteri sæcu-
lares reverentiã illis Sacerdotibus,
quos vident quotidie in circulis hi-
strionũ, in conventibus lusorũ, in fo-
ris mercatorũ? Qui cũ sæcularibus
sæculariter vivunt, cum fornicariis
fornicantur, & quæ horret scribere
calamus, ab ipsis audacter & impu-
dentissimè perpetrantur. *Ornamen-
ta*

za in luto, dignitas in indigno. Dicamus pro veritate: Stantibus tot sceleribus, & scandalis malorū Sacerdotum, prodigium fidei vocari potest, quòd sæculares nostris Sacris assistant, conciones audiant, & Sacramentis utantur.

Flebat olim Oseas obscuratū, & honore destitutū Sacerdotiū, nulla enim inter vitam Sacerdotiū, & sæculariū differentia intercedebat, *sicut Populus sic Sacerdos;* sed quàm nunc nobis amariùs flendū est, dū hodie dū experimur, quòd non solūm non differunt Sacerdotes à sæcularibus, sed cum D. Bernardo dici potest, *non sic Populus ut Sacerdos,* nam mali Sacerdotes & Ecclesiastici, in vitiis, & peccatis peiores, superant sæculares, *non ita corruptis moribus vivunt sæculares ut Ecclesiastici,* prosequitur D. Bernardus.



O Deus infinitæ Majestatis, qui adeò sublimē Dignitatē miseris & fragilibus hominibus conferre dignatus es, roboraillos gratiā tuā, ut proprii muneris decorem conservare, imò augere possint in terris, & tandem æterna beatitudine misericorditer donati vivant in cælis, per Christum Dominū nostrū, cui gloriæ, laus, & imperiū in tota æternitate, Amen.

MEDITATIO III.

Quàm grave sit Sacerdotum mortale peccatum.


CAPUT I.

CONsidera, quòd licet mortale peccatū à quolibet homine commissū sit in seipso gravissimū, quia est offensa, contemptus, & displicentia sūmi Dei, in persona tamen Sacerdotis magis ponderosū est, quia

quia ma
cerdotū
ritatem
cens:
Christū,
set perse
Ministri
Et hī
ratione
& fami
dotes.
tur Don
stros co
sua, ad
dispensa
mensales
ris, &
psoq; d
li, & ve
Deitatis
per os
sis, &

quia magis læditur Deus culpis Sa-
cerdotū, quàm sæculariū. Hanc ve-
ritatem testatur s. Bernardus di-
cens: *Iniquè agunt cæteri contra
Christū, crudeliorem tamen eam cen-
set persecutionem, quam à propriis
Ministris sustinet.*

Et hinc perpende huius rei primā
rationem; & est intimior amicitia
& familiaritas inter Deum & Sacer-
dotes. Hi enim specialiter dicun-
tur *Domestici Dei*, qui illos mini-
stros constituit *super omnia bona
sua*, administratores patrimonii sui,
dispensatores mysteriorum Dei. Cō-
mensales suos fecit, quotidie corpo-
ris, & sanguinis sui participes, i-
psosq; custodit quasi pupillam ocu-
li, & velut sibi acceptissimos, suaq;
Deitatis participes. Ipsemet enim
per os Proph. ait: *Ego dixi Dii e-
stis, & Filii Excelsi.* Quod si sim-



plex Vasallus contra propriū Regē
aliquid machinetur, malū hoc quidē
est, sed non tam grave, quā si pri-
marius Regis Minister, quem super
omnes amat, sibi que commensalem
fecit, suo Regi mortem machinare-
tur. Agnosce te hīc o Sacerdos,
cū peccas, nam Deus dicit, meum
te feci ministrum, commensalem,
amicum, tu autem mortem tuis mihi
moliris sceleribus. Tibi similes non
reputo Sacerdotes, sed proditores,
non multū Judæ dissimiles, ipsi
enim ut quondam ille, *me vendunt*
& *produnt*.

Hac tibi illucescente veritate,
horrorem concipere debes maximū
de peccato lethali, & inde inferre,
quā graviter Deo displiceat ille
Sacerdos, qui simili culpa illum in-
honorat, contemnit, & quodammo-
do conculcat. Clamant omnes le-
ges

ges cont
omnes g
nore, &
Domest
Christi
ter hoc
nat, &
Deus su
si inimi
sustinui
bus pr
ab am
Con
prater
es Sace
miseris
intime
adeo a
amanti
didit,
ei, si n
autem


ges contra proditorem, abhorrent
 omnes gentes à tam execrando faci-
 nore, & tamen Sacerdos, qui est
 Domesticus intimus, & minister
 Christi dilectus, peccando lethali-
 ter hoc horrendo scelere se coinqui-
 nat, & Dominum suū prodit; Ideo
 Deus summè per hoc offensus, ait:
*si inimicus meus maledixisset mihi,
 sustinuissem utique.* Injuriam ab hosti-
 bus provenientes pungunt, sed quæ
 ab amicis fiunt, cor transverberant.

Confidera 2dò, & vitam tuam
 præteritam recole, vide, an, à quo
 es Sacerdos, gravia peccata com-
 miseris. Quòd si ita est, cogita quã
 intimè displicueris Domino tuo
 adeò amabili, & tui singularissimè
 amanti. Judas semel Magistrū pro-
 didit, & Christus ait: *Bonum erat
 ei, si natus non fuisset homo ille.* Tu
 autem o Sacerdos, quot vicibus in

C3

Chri-

7 - 2



Christi mensa corpore & sanguine illius saturatus abivisti, & ad illum prodendum te contulisti? Judas Christum vendidit pro 30. denariis, tu pro viliori pretio idem fecisti. Vix Judas peccaverat, & suum peccatum agnovit, atque confessus est, dicens: *Peccavi tradens sanguinem justum, & si confisus fuisset in Dei misericordia, eandem procul dubio consecutus fuisset.* Tu autem à quanto tempore persistis in peccato tuo, neque adhuc sincerè, & efficaciter dixisti: *Peccavi.* Sed quousq; tandè temetipsum torpentè non excitabis, ut agnito, detestatoque peccato, proditorum tuarum misericordiam consequaris?

Ut ergo faciliùs ad contritionem exciteris, imaginare tibi Jesum tennerrimè in corde tuo sic loquentè: *Dilectus meus in domo mea fecit scelerata*

lera m
O mi
trantia
audire
derent
bus du
tere tu
efficaci
ne, &
sentio
& tot
dens
Judas
vel N
mans
ponen

Con
ces
capit
quam
ritat

lera multa. Tu autem ita responde:
 O mi suavissime Jesu, quàm penetrantia sunt hæc tua verba; si saxa audire ea possent certò certius scinderentur, & tamen cor meũ lapidibus durius nondum scinditur. Contere tu illud, mi clementissime Jesu, efficaci gratia tua. Voca me Domine, & audiet Servus tuus. Ecce jam sentio pondus iniquitatum mearum, & toto pectore clamo: Peccavi tradens sanguinem justum, non sicut Judas desperans, sed sicut Petrus vel Magdalena cordicitus lacrymans, & veram emendationẽ proponens.

C A P U T II.

Considera imò, quòd peccata Sacerdotum graviora sunt etiam ex capite ingratitude enormissimæ, quam includunt. Et ut de hac veritate convincaris, tecum sic disc-

curre: Quo plures quis recipit fa-
vores, & beneficia, & vicissim parū
retribuit, imò ingratus est benefa-
ctori suo, culpa graviore notatur,
& hinc ait s. Thomas Aqu. quòd
peccata Regum & Principum multò
graviora sunt peccatis populorum,
idq; *propter ingratitudinem*. Si er-
go tu beneficia tanta quā homo,
quā Christianus, quā Sacerdos rece-
pisti, & hoc non obstante peccas,
vide quā enorme sit pondus tuū
peccati, & cogita quā iniquum sit
inhonorare, qui te summo honore
dignum fecit, contemnere, qui te
adeò appretiavit, offendere, qui
super candelabrum sublimis adeò
dignitatis te collocavit; Verè nullus
intellectus creatus capax est concipi-
pere gradum hujus atrocis malitiæ
tux, & verè quantum ad hoc attinet,
dici potest, *Diligētia quis intelligit?*

Ora


Ora
ut grat
illustre
horren
cerdot
menter
radium
ret, ita
tate, i
poster
Ut
tudini
injuri
fers D
ter; s
rem it
offend
& pe
præfu
quòd
cūm
is illu

Ora ergo supplex Spiritū sanctū,
 ut gratiæ suæ lumine mentem tuam
 illustret, ut clarè agnoscas quā
 horrendum sit corā oculis Dei Sa-
 cerdotis peccatum; Insta, ut in tuā
 mentem immittat cælitus lucis suæ
 radium, & voluntatem tuam robo-
 ret, ita ut agnita tui peccati gravi-
 tate, illud deslere, detestari, & im-
 posterum evitare valeas.

Ut melius intelligas hujus ingrati-
 tudinis enormitatem, considera 2dò,
 injuriam & displicentiam, quam in-
 fers Domino, cū peccas lethali-
 ter; s. Joan. Chrysoftomus in hanc
 rem ita scripsit: *Nulla re magis*
offenditur Deus, quàm quòd indigni
& peccatores sacerdotii dignitate
præfulgeant. Et quidem considera,
 quòd non tam ægrè fert Princeps,
 cū quis ex vilioribus famulis su-
 is illum offendit, quàm cū ab ali-

C5

quo



quo ex magnatibus aulæ suæ quodammodo læditur. Sic pariter Divina Majestas offenditur quidẽ per peccata sæcularium, sed summè læditur, & irritatur per graves culpas Sacerdotum, qui ut roties dictũ est, sunt primarii & intimiores ipsius ministri.

Perpende etiam, quàm magno sui contemptui adscribat Deus, cùm videt illum à se velut Deum in terris constitutum ad eò se prostituere, ut dæmonis mancipium fieri non apprehendat. Quid tu ipse sentires, si te ab eo, quem pluribus beneficiis cumulãsti, & honore profectus fuisti, contemptum imò graviter læsum, absque ulla tui culpa videres? Procul dubio exclamares, o summa iniquitas, o ingratitude abominabilis, & execranda! Cogita, quòd similiter clamat Deus contra


te,

te, qu
ficia
ris &
sasque
Dignit
tum a
& s. l
tur pe
cat, h
sum e
vexit
vissim
non e
pend
& co
tiasq
excla
pule
retri
qui t
stray
cunc

te, quem adeo sublimavit, cui beneficia tanta contulit, & loco honoris & gratitudinis, injurias, offensasque à te solummodo reportavit.

Dignioris Personæ gravius est delictum ait s. Joannes Chrysoftomus, & s. Isidorus *tantò maius cognoscitur peccatum, quantò maior, qui peccat, habetur.* Si itaque adeo excelsum est officium, ad quod te Deus elevavit, vide quàm gravia imò gravissima sint delicta, quæ perpetrare non erubescis. Serio itaque perpende, quid contra Deum peccasti, & contra te ipsum, & sensus potentiasq; tuas contra Deum conjuratas exclama: *Hæcine reddis Domino popule stulte & inspiens, hæcine est retributio, quam retribuis Domino, qui te sacerdotali splendore illustravit? O mi Deus, agnosco me cunctis aliàs gratum creaturis, ti-*

Handwritten scribbles and a large number '7' at the bottom of the page.



bi soli ingratum fuisse, cum tua solummodo Majestate, feris crudeliorum me fuisse; nam hæc quidem sibi benefacientibus blandiuntur, ego autem contra te summum bonum meum favire non desii. Agnosco reatum meum, & opto imploroque; oculis meis fontem lacrymarum, ut die nocteque defleam multitudinem iniquitatum mearum. Contere Domine cor meum, ut agnita peccatorum sacerdotalium gravitate, ab illis imposterum constanter, & immutabiliter abhorream, & abstineam.

C A P U T III.

CONSIDERA imò, quòd cum Sacerdotes præ cæteris Dei cognitionem habeant, hinc etiam peccata eorum merito graviora reputantur. Pejor enim absque dubio est, qui agnoscens offendit, quam qui ignorans lædit. Ignorantia, sæpe excusat

pec-

peccan
quent
culpa
sapien
orum p
cum co
Deum
ratione
Deo fa
nas sc
& eoru
perage
bigere
tione
lucern
brum
lumen
aliis co
Non
excusa
dere;
tunt,

f 4

peccantem, malitia aggravat delinquentē. Hinc est, ait Ezechiel, quòd culpa Luciferi fuit gravissima, *quia sapientiâ plenus fuit, & ideo Judæorum peccata fuere maxima, quia cùm cognovissent Dominum, non sicut Deum glorificaverunt.* Sacerdotes ratione officii sui cùm intimiores Deo fiant, frequentius de eo Divinas scripturas loquentes audiant, & eorum mentes in sacris mysteriis peragendis illuminentur, nemo ambigere potest quin lucidiori cognitione Dei polleant, ac propterea lucernæ accensæ & super candelabrum positæ vocantur, quippe qui lumen doctrinæ, & cognitionis Dei aliis communicare tenentur.

Non possunt itaque sacerdotes excusationem ignorantia præterdere; & sic peccata, quæ committunt, maximam ex motivo *perfectæ*

U
f . .

cognitionis malitiam includunt; Ideo s. Joan. Chrysoftomus putavit peccatis sacerdotum applicari debere verba s. Pauli Apostoli: *Christum conculcare, sanguinem ejus pollutum ducere, & spiritui gratiæ contumeliam facere.* Protegat te Deus, o Sacerdos, ne in similes prolabaris excessus, & si horrescis solummodo cogitando, si sacra Hostia pedibus tibi foret calcanda, horrescas pariter ad solum nomen peccati, quod idem est, ac Divinæ majestatis execranda conculcatio.

Perpende ulterius, quòd tu sufficientem Dei notitiam habueris, cælestia & occulta fidei mysteria cognoveris, & nihilominus Majestatem Divinam toties offenderis, adeòque nullo te ignorantiae prætextu excusare possis, sed puræ malitiæ labete inquinatum necesse est ultrò confite-

fitearis.
ostendit
peccati
& tamen
à quo ali
Ideo ait I
quòd tu
meus &
Sacular
peccant
tant, tu
& quàm
feriunt
contra
qui te h
insignit
ge, & v
gittas
affixum
in meo
nimirum
quæ v

f . . .

fitearis. Utique Dei magnalia aliis
 ostendisti, myſteria fidei explicâſti,
 peccati acerbitatem remonſtrâſti,
 & tamen ipſemet peccâſti, & malū,
 à quo alios deterrebas, ipſe feciſti.
 Ideo ait Deus, intolerabile mihi eſt,
 quòd tu Sacerdos *homo unanimis Dux*
meus & notus meus me offenderis.
 Sæculares non adeò me agnoſcentes
 peccant, & quaſi in obscuro ſagit-
 tant, tu autem optimè nôſti, quem,
 & quàm graviter peccatorum iacula
 feriunt, & tamen arcum tuum quaſi
 contra inimicum tendis contra me,
 qui te honoribus favoribusq; meis
 inſigniter cumulavi. Eja te recolle-
 ge, & verâ poenitentiâ confringe ſa-
 gittas & arcum; in me huic cruci
 affixum ulterius ſævire deſiſte, vide
 in meo aperto latere, quantum, heu
 nimiùm! in me tranſfixerunt. Ad
 quæ verba proſterne te o ſacerdos,
 & in-

& inter lacrymas & suspiria dic:
*Iniquitatem meam ego cognosco. Am-
 plector sacratissimos pedes tuos Je-
 su amabilissime, veniam & miseri-
 cordiam imploro. Non mereor qui-
 dem ut assequar, quod humillimè
 peto, sed misericordiarum Deus
 miserere peccatricis animæ meæ,
 quam tuo pretioso sanguine redemi-
 sti. Confige timore tuo carnes me-
 as, viasq; meas dirige in conspectu
 tuo, ne ampliùs declinans in obli-
 gationes adducar cum operantibus
 iniquitatem.*


C A P U T I V.

Considera, quàm multùm augea-
 tur malitia peccati Sacerdotis,
 ex motivo muneris, quod gerit, mu-
 nus enim Sacerdotis est, cultui Di-
 vino incumbere, & ideo dicitur Vir
 Deo dicatus seu consecratus. Qua-
 propter tenetur omnibus animi &
 cor-

corpori
 eique le
 locaustu
 stulus,
 tem, ran
 de igitu
 cerdotu
 bent me
 iniquita
 Perp
 dos ex
 sacrifici
 popul
 diator
 Sacerd
 randun
 bit pro
 ficari
 requiri
 iracun
 Hujus
 qui pl

corporis conatibus Deo famulari, eique se hostiam, sacrificium, & holocaustum præbere, seu ut ait Apollonius, *hostiam sanctam Deo placentem, rationabile obsequium*. Perpende igitur, quàm gravis sit culpa Sacerdotum, qui per peccatum exhibent membra servire iniquitati ad iniquitatem.


Perpende ulterius, quòd Sacerdos ex officio tenetur precibus, & sacrificiis placare Divinam contra populos iracundiam, & pacis mediatorem esse inter homines & Deum. Sacerdoti pro populo semper est orandum: *Si peccaverit populus, orabit pro eo, ait s. Hieronymus*. Verificari enim debet, quod Spiritus s. requirit ab eo, nimirum: *In tempore iracundie factus est reconciliatio*. Hujus figura fuit Moyses & Aaron, qui pluries placârunt furorem & indi-



indignationem Domini, qui vel minabatur, vel excidium populo præparabat. Hinc collige, quantum sit scelus illius Sacerdotis, qui locò avertendi flagelli divini, & continentæ iræ Dei, propriis peccatis manus Domini aggravat super populos: *Deum enim exacerbât peccator.* Mi Deus, quanta rerum perversitas! qui peccata diminuere debet, eadem multiplicat; qui pacis nuncius, Deo rebelles, ad obedientiam ipsi debitam reducere tenetur, ipsemet per peccatû conjurator factus, Dei regnum aggreditur satanæ colligatus. O Sacerdos, mi Sacerdos, quando tandem capies, quid sit mortale peccatum? quamdiu tuis passionibus fascinatus sceleri locum dabis? memento, quòd sis minister Altissimi; depone arma, vel ea contra infernum dirige: *ut destruat corpus peccati.*

Hoc

Hoc enim
munus tu
Item c
misit sac
redimen
tute, in
cerunt.
tatem er
fangvinis
obtinere
redempt
ter Deu
locò rec
orum an
nis pote
passionu
enim s.
cando ar
Ex hi
tiis lice
plùs pon
tum Sace



Hoc enim professio, hoc officium, hoc munus tuum est.

Item considera, quod Deus commisit sacerdoti munus liberandi seu redimendi animas à dæmonis servitute, in quam per peccata se coniecerunt. Propterea ipsi dedit facultatem erogandi thesauros in ipsius sanguinis merito consistentes, ad obtinendam earundem animarum redemptionem. Quam igitur graviter Deum offendit ille Sacerdos, qui locò redimendi, ut dictum est, aliorum animas, propriam in dæmonis potestatem tradit, pro vilissima passionum suarum satisfactione; ait enim s. Vincentius Ferrerius: *Pecando anima diabolo venditur.*

Ex his itaque aliisque circumstantiis licet tibi clarè perspicere, quod plus ponderat in Dei statera peccatum Sacerdotis, quam totius populi
cri-

crimina, & hoc indicavit Deus in Levitico, ubi mandavit immolari pro peccato Sacerdotis hostiam æqualem illi, quæ pro peccatis totius Populi offerri solebat.

Hac præsupposita veritate, ita tecum discurre; si quævis lethalis culpa à quocunq; commissa, est infinitum malum propter offensam Dei infiniti, & propterea ut Divinæ Justitiæ per peccatum læsæ de condigno satisfaceret, oportuit Verbum Patris carnem fieri, pati, & mori; quàm enormis & incomprehensibilis malitiæ esse debet mortale Sacerdotis peccatum, quod pondere & malitiâ omnium Sæcularium peccata transcendit. Quid ergo erit de multiplicibus peccatis à te perpetratis? heu te miserum! forsan supereminens Dignitas Sacerdotii in te nihil aliud operata est, quàm ut pondus

du in
geret.
suo cri
scripsi

Ora
tibi au
graviss
agnosce
penite
Coarct
rorem
animi
malaru
que ul
cane p
ia men

M
De dan
S

Consi

us in
molari
am x-
s toti-
re, ita
ethalis
est in-
ensam
Divinae
e con-
erbum
mori;
sibilis
cerdo-
& ma-
eccata
it de
perpe-
super-
in te
t pon-
dus

us iniquitatū tuarū in infinitū au-
geret. *Malus Sacerdos de sacerdotio
suo crimen acquirit, non dignitatem;*
scripsit s. Ambrosius.

Ora itaque instantissimè Deū, ut
tibi augeat lumen & fervorem, ut
gravissimas Deo à te factas injurias
agnoscere, agnitas deflere, & dignos
pœnitentiæ fructus facere valeas.
Conare, ut sanctum de peccato hor-
rorem concipias, occasiones fuge,
animi tui laqueos abscinde, omnium
malarum consuetudinum nexus abs-
que ulla mora dissolve, & peccatū
cane peius & angve imposterum tibi
in mente efformare contende.

MEDITATIO IV.

*De damnis plurimis, quæ à peccatis
Sacerdotum proveniunt.*


CAPUT I.

Considera, quòd unum ex flagellis
qui-

quib9 Deus punit peccata Sacerdotū
 est temporalium bonorum amissio; & li-
 cēt communiter omnibus peccato-
 rib9 *egestas & ignominia* termina-
 tur in pœnam suarū transgressionū,
 specialiter tamen punitio hæc Sacer-
 dotibus intimatur. Et quoad bonorū
 iacturam ita minatur Deus per Ma-
 lachiam: *Ad vos o Sacerdotes, si no-
 lueritis audire, & si nolueritis ponere
 super cor, ut detis gloriam nomini
 meo, mittam in vos egestatem.*

Perpende, quòd Deus iustissimā
 habet causam taliter puniendi Sa-
 cerdotes, nam de illis magis, quàm
 de populo verificatur: *Dedit illis
 Regiones gentium, & labores populo-
 rum possederunt*, hoc autem non ob
 alium finem, nisi *ut custodiant justi-
 ficationes eius, & legem eius requi-
 rant*. Ille ergo meretur his privari,
 per quem contractæ obligationis ju-
 ra contingit violari. Hac

Hac
 cerdos,
 iacturæ
 derit,
 ca orig
 aut nur
 ris, tua
 ria tem
 pestatu
 mini te
 ctandu
 gendur
 Deum o
 non sen
 citer hu
 nam qu
 te plag
 Dei est,
 tem sup
 Conf
 & fama
 quàm d



Hac veritate perpensa, vide Sacerdos, qui peccasti, an tibi aliquid iacturæ in temporalibus bonis acciderit, & si hoc est, scias quòd unica origo malorum, quæ passus es, aut nunc pateris, aut forsan patieris, tua peccata fuere. Non injuria temporum, non perversitas tempestatum, sed sola manus offensi Domini tetigit te. Hic non est cunctandum, pœnitendum est, corrigendum, reformandum. Quòd si Deum offendisti, & flagellum adhuc non sensisti, imò prosperè, & feliciter hucusq; vixisti, contremisce, nam quò tardior, eò gravior super te plaga descendet, talis enim mos Dei est, ut ait s. Gregorius: *Tarditatem supplicii gravitate compensat.*

Considera insuper, quòd honor, & fama multò pluris æstimentur, quàm divitiæ, ignominia autem &


infa-

infamia plùs displicent, quàm paupertas. Deus itaque minatur vel maximè malis Sacerdotibus famæ amissionem, illosque ita honore privare, ut fiant opprobrium hominũ & abjectio plebis. Ut autem de hac tibi plenè persuadeas veritate, scias, quòd postquã Deus exprobrasset Sacerdoti Heli peccatum, quod fecerat, non debitè corrigendo filios suos, & postquàm minatus ei fuisset tollere à familia ipsius Sacerdotiũ honorem, subjunxit: *Quicumque glorificabit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Clarè similiter Deus per Malachiam Sacerdotibus intimat, quòd in punitionem peccatorum suorũ; & propter non custoditas leges Domini; humiliat illos, facitque apud Populos inglorios & contemptibiles: *Propter quod dedi vos, o Sacerdotes, contem-*
tem-

temptio
 pulis, f
 Orabit
 à me im
 absq; fa
 si bened
 ledicam
 locò gra
 gella, &
 tuplicab
 meam v
 Resp
 quidqu
 in anim
 non cal
 gnantib
 attribut
 tamen
 des, &
 niã non
 nitione
 ibiq; te

temptibiles & humiles omnibus popu-
lis, sicut non servastis vias meas.
 Orabitis, ut pro grege vestro gratias
 à me impetretis, ego autem, ut sitis
 absq; fama, non exaudiam vos, imò
 si benedixeritis hominibus, ego ma-
 ledicam benedictionibus vestris, &
 locò gratiarum, quas petebatis, fla-
 gella, & desolationes super illos mul-
 tiplicabo, idque ex eo, quòd legem
 meam non custodistis.

Respice itaque o Sacerdos, &
 quidquid adversi sive in bonis, sive
 in animo, sive in corpore contigit,
 non casui, non æmulis, non mali-
 gnantibus, sed unicè tuis peccatis
 attribuas. Quòd si peccator es, &
 tamen hucusque intègrâ famâ gau-
 des, & te Deus comminatâ ignomi-
 niâ non mulctavit, vide, ne tuâ pu-
 nitionem pro futura vita differat,
 ibiq; te cruciandū in perpetuū de-



cernat. Placa itaq; copiosis lacry-
 mis, & vera contritione Majestate
 offensam, & ne pereas in æternum,
 age poenitentiam in tempore, nec
 cunctandum præsumas, ubi periculi-
 tatur æternitas. Sit tandem hujus
 tuæ ponderationis iste proventus:
 Primò, ut quidquid tibi sinistra, da-
 mni, aut incommodi accidat, solis
 peccatis tuis acceptū referas. 2dò,
 ut omnia adversa patienter, & sine
 querela, aut murmure feras; quòd si
 etiam enormem honoris tui læsionē
 pati contingeret, spiritum furoris,
 & vindictæ cohibeas, & coram Cru-
 cifixo prostratus exclama: non ali-
 ter, nec leviùs quidquam promeru-
 it, qui te summè bonū graviter, ut
 ego miser, offendit.

C A P U T II.

Considera, quòd præter flagella
 egestatis & ignominia, quibus
 Deus

Deus Sa
 consuevi
 horboru
 & vel ma
 solet, &
 caris, au
 Qui delin
 fecit eum
 Omnes q
 sunt deli
 id autem
 dotibus,
 versantu
 Chrysol
 p̄sa Dei j
 peccare,
 culpam
 frontem
 poenis ea
 Hic p
 mitates
 tur Deus

Deus Sacerdotum peccata punire
 consuevit, etiam variis morbis, &
 morborum extremo, scilicet morte,
 & vel maximè repentinâ, castigare
 solet, & ut de hac veritate convin-
 caris, audi Ecclesiasticum dicentem:
*Qui delinquit in conspectu ejus, qui
 fecit eum, incidet in manus Medici.*
 Omnes quidem peccatores dici pos-
 sunt delinquere in conspectu Dei,
 id autem veriùs dicitur de Sacer-
 dotibus, qui ratione officii cū Deo
 versantur, unde de illis ait Petrus
 Chrysologus: *Non possunt, nisi in i-
 ipsa Dei facie inter Sanctorum Sancta
 peccare, & sicut hæc circumstantia
 culpam Sacerdotis magis reddit ef-
 frontem, sic specialiter prædictis
 pœnis eam afficere solet.*

Hic poteris tibi refricare infir-
 mitates & miserias, quas commina-
 tur Deus in Deuteronomio pecca-

toribus, nimirum febres, nervorum
 dissolutiones, dolores, ulcera, le-
 pram, pestilentiam, deliria, cœcita-
 tem, & alias plures. Inde ni pecca-
 re desinas, & de præteritis pœni-
 tentiam agas, time, ne cùm minùs
 id cogitas, similes plagæ super te
 cadant, & in lectulo dolorum resi-
 duum vitæ tuæ trahere debeas.
 Quòd si hic & nunc aliqua detine-
 ris corporis infirmitate, scias te
 nunquam pristinam valetudinem re-
 cuperaturum, nisi morbi causam,
 hoc est, peccatum deleveris, quo in
 anima tua permanente, nec Medi-
 ci, nec medicinæ poterunt vim mor-
 bi debellare. Si cupis corporis sa-
 nitatem, cura animæ puritatem.

Perpende insuper, quòd unum ex
 gravioribus flagellis, quibus divina
 Majestas castigat peccatores, est
 mors, & præcipuè improvisa; hanc
 verò

verò d
 lis Sace
 mium!
 stendit
 pla in sa
 dos He
 tro ead
 Filii ip
 horâ à
 dab &
 dinati
 ero th
 lecti cr
 irrever
 morte
 His
 an just
 ille Sa
 culpar
 rum r
 quòd s
 aggrav

verò divina iustitia comminatur malis Sacerdotibus, & tristis, heu nimium! experientia hoc pluries ostendit; multa habemus de hoc exemplum in sacris literis. Summus Sacerdos Heli in pœnam sui peccati retro cadens ex sella extinctus est. Filii ipsius Ophni, & Phinees unâ horâ à Philisthæis occisi sunt. Nadab & Abiu filii Aaron recenter ordinati, dum extraneum ignem in sacro thuribulo adhibent, ab igne cœlesti cremati ceciderunt. Oza dum irreverenter Arcam Domini tangit, morte mulctatus est in momento.

His suppositis perpende iterum, an justum timendi motivum habeat ille Sacerdos, qui se tot gravium culparum, imò plurium sacrilegiorum reum agnoscit. Verè habet, quòd apprehendat, ne super ipsam aggravetur manus offensi Dei, & re-

pentina morte tollatur è mundo, sepeliendus in inferno. Ah cave, cave mi frater Sacerdos, videor enim mihi videre divinam justitiam ad te puniendum accinctam, & licèt misericordia ipsam mitigare conetur, illa tamen clamat: *Veniat mors super eum.* Jam Deus ultionis arcum suū retendit & paravit illum, & quidē in eo paravit vasa mortis. Tu ergo nullā interpositā morā ad sacratissimos Crucifixi pedes provolutus lacrymari, & clamare non cessa: Domine miserere, & humiliter confide, quòd videns Deus animi tui contritionem verumq; emendationis propositum: *Arcum conteret & arma confringet.*

Si verò (quod absit) minas Domini neglexeris, & in peccatis tuis perseveraveris, inebriabit saggittas suas sanguine tuo, & quantā patienti-

tientia
solum
frui p
re in
quicun
aures

Con
do
aliud
provo
est ju
vinon
posse
duci,
tur a
per
bilis,
derer
sanct
cturi

tientiâ & clementiâ hucusq; te non
 solùm sustinuit, sed bonis in pace
 frui permisit, tanto furore & rigo-
 re in te iram suam exercebit, ut
 quicumq; id audiêrit, tinniant ambæ
 aures ejus.

C A P U T III.

Considera, quòd peccata Sacer-
 dotum præter jam dicta flagella,
 aliud etiam & quidem terribilissimũ
 provocare, & inducere solent. Hoc
 est justa subtractio quorundam Di-
 vinorum auxiliorum, quibus faciliè
 posset peccator ad pœnitentiam in-
 duci, & sine quibus difficulter veni-
 tur ad emendationem. Et cùm su-
 per omnes sit hæc pœna formida-
 bilis, antequam ulteriùs eam pon-
 deremus, invoca gratiam Spiritûs
 sancti, qua illuminante, ea, quæ di-
 cturi sumus, ritè possis percipere,

Perceptaq; in memoriæ scrinio diligentissimè conservare.


perpende itaq; quòd in visione quadam terribili monstravit Deus Prophetæ Ezechiël, quòd graviùs se lædi sentiat per peccata Sacerdotũ, quàm per scelera sæculariũ, & postea voce tonante clamavit: *Non parceat oculus meus, nec miserebor, & cùm clamaverint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.* Hic modus loquendi clarè exprimit summam Dei indignationem contra Sacerdotes malos, propter quam in poenam peccatorum, illa dènegat ipsis auxilia, quæ à misericordia procedunt, & opportuna sunt ad veniam consequendam; adeoq; idem est ac dicere, quòd pro ipsis non est ampliùs speranda misericordia, sed rigida solummodo præstolanda justitia.

Non minorem incutit formidinẽ
id,

id, quo
Hebræ
mare v
plicat
bens:
sunt il
donum
Spiritu
& prol
pænite
Hæc
verita
dictur
specie
bent.
absolv
amicu
honor
diffici
Hinc
gis in
liariss
runt.

id, quod Apost. Paulus scribens ad
 Hebræos ait, & Sacerdotibus inti-
 mare videtur, sicut defactò illud ap-
 plicat ipsis s. Petrus Damianus scri-
 bens: *Impossibile est eos, qui semel
 sunt illuminati, gustaverunt etiam
 donum cælestè, & participes facti sunt
 Spiritûs s. gustaverunt Dei verbum,
 & prolapsi sunt, rursus renovari ad
 pœnitentiam.*

Hæc omnia magnum fundamentū
 veritatis habent, quia sicut supra
 dictum est, Sacerdotum peccata
 speciem quandam proditionis ha-
 bent. Proditores autem non facile
 absolvuntur; & quantò magis quis
 amicus familiaris, aut beneficiis &
 honoribus cumulatus fuit, tantò
 difficilius ipsi offensa remittitur.
 Hinc s. Basilius ait: *Naturaliter ma-
 gis indignamur his, qui nobis fami-
 liarissimi sunt, cum in nos peccave-
 runt.*



Sacerdos, qui legis hæc, contremisce, dum cogitas offensam Dei. Quòd si ipse summè misericors hodie tibi non denegat, sed offert suã clementiam, hanc continuò amplectaris, neque occasionem hanc negligas, & tantò minùs in nova peccata reincidas, nisi vis extremũ perditionis periculum subire, imò verriàs, animam tuam irrevocabiliter perdere. Quòd si hic & nunc gratiã compunctionis experiris, amarè fleas, & emendationem seriò proponas, & Deus propitiabitur omnibus iniquitatibus tuis, & te in misericordia & miserationibus coronabit.


Hic recole, quòd antea diximus, nempe peccata Sacerdotum æquiparari peccato Luciferi, hoc enim plures asserunt Doctores, id ipsum ex Scripturis sacris eruentes. Divus enim Bernardus ait Sacerdoti Deũ
offen-

offe
iniqu
fiens
floru
riam
Hu
textu
omne
inter
Laici
qua
tur,
ter la
Lucif
terra
fer in
sic di
cerdot
tores
differ
bent
Ta

offendenti: *In clero tanquam in Cælo iniqua geris; & inde à culpa transiens ad pœnam, ait: In terra Sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam Domini.*

Hugo à s. Charo exponens illum textum: *Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ,* dicit, quòd inter pœnam peccatorum, quæ à Laicis patrantur, & pœnâ culpârû, quæ ab Ecclesiasticis committuntur, eadem est differentia, quæ inter lapsum Adami, & rebellionem Luciferi, *Adam nempe peccavit in terra, & veniam consecutus est; Lucifer in Cælo, & diabolus factus est; sic differunt peccata Laicorum & Sacerdotum.* Addit etiam, quòd *peccatores terræ* intelliguntur Laici ad differentiam Sacerdotum, qui debent vocari *peccatores cæli.*

Tandem ipsemet Christus s. Bir-




gittæ expressæ dixit, quòd sicut Sa-
cerdotes peccantes graviter, similes
sunt Lucifero in culpa, sic quoque
erunt in pœnis illius, quarum pri-
ma fuit, non amplius consequi ve-
niam. *Sacerdotes mali sunt in eodẽ
peccato, quo cecidit Lucifer, nunc
etiam dico tibi iudicium eorum, &
ecce sunt similes &c.*

Perpende itaque, quòd dignitas,
& gradus Sacerdotis est altissimus,
& si cadis, maximum est præcipiti-
um. *Ruina, quæ de alto est, gravio-
ri casu colliditur,* ait d. Ambrosius.
Si malam volebas ducere vitam,
meliùs tibi erat, si Laicus mansisses;
cùm autem Sacerdos peccas, quasi
certam facis damnationem tuam.
Si peccas in Sacerdotio, periisti, ait
d. Chrysostomus.

Conclude hanc ponderationem
cum tremenda illa d. Hieronymi
sen-

sen-
tum,
cent.

CO
ca
ut in
tumq
flagel
Hier
admi
ne æ
illam
dem
etum
Sacer
perci
Dei v
vetite
rusale
quæ t
fiet?



sententia: *Grandis dignitas Sacerdotum, sed grandis eorum ruina, si peccent.*

C A P U T IV.

CONsidera, quòd Sacerdotum peccata adeò irritant Dei iracundiã, ut interdum propterea urbes, totumque Populum severissimis afficiat flagellis. Famosa per universũ fuit Hierosolyma, vel maximè propter admirandũ illud templũ à Salomone ædificatũ. Permisit tamen Deus illam ita deleri, ut lapis super lapidem non remaneret. Hoc autem factum est principaliter ob peccata Sacerdotum. Quòd si Deus non percipit Hierosolymæ, quæ Civitas Dei vocabatur, & per quam jurare vetitum erat, *Non jurabis per Jerusalem,* quid de aliis urbibus, quæ tot prærogativis non gaudent, fiet? Quid hic cogitas, mi Sacerdos?


dos? renunciabis tandem peccato,
 & agnosces, quid sit culpa Sacer-
 dotum, & quàm graviter per illam
 Deus offendatur? Hic excitemini à
 vestro lethargo Sacerdotes Dei al-
 tissimi, & plorate sanguineis lacry-
 mis, ut iram divinam contra popu-
 los vestrà culpâ æstuantem, possitis
 extingvere; misericordias Domini
 invocare super vos, urbes, & regi-
 ones vestras, & ex intimo corde di-
 cite: *Parce Domine, parce populo*
tuo. Fortasse infortuonia, quæ mise-
 ram hanc Patriam affixerunt, &
 adhuc affligunt, à vestris, o Sacer-
 dotes, peccatis immissa fuère. An-
 nonæ caritas, lues hominum, & a-
 nimalium, incendia, & quidquid in-
 fausti contigit, non aliunde forsan,
 quàm à mala conversatione vestra,
 & à neglecto Altissimi cultu prove-
 nerunt; sicque innocentes populi
 pon-

pon-
 tare co-
 rat, qu-
 amque
 ant? P-
 si adhu-
 qui te
 Parce
 crimin-
 Da no-
 nem,
 comp-
 Co-
 ait s.
 quòd i-
 cerdo-
 non se-
 popul-
 ariis,
 Per-
 fanen-
 unà e-

pondus iniquitatum vestrarum portare coacti sunt. Et quis vos affecerat, quòd pejora adhuc vos, patriamque vestram flagella non manent? Placare Domine, placare, vel si adhuc scire vis, in nos scias, qui te provocavimus ad iracundiã. Parce populo innocuo, & super reos criminis censura cadat ultionis. Da nobis vitæ nostræ reformationem, qui nunc cordibus instillas compunctionem.

Confidera, quàm verum sit, quod ait s. Prosper Aquitanus, nempe, quòd interdum propter peccata Sacerdotum irascitur Deus adeò, ut non solum urbibus non parcat, & populis, sed ne suis quidem sanctuariis,

Permittit enim aliquando ut profanentur, aut incendiò absumantur unà cum sacra supellectili, imò Sanctum




clum Sanctorum conculcetur, & ritus ipsaque fides nonnunquam aboleatur. Sic enim irascitur Deus peccantibus Sacerdotibus, ut etiã sacratis locis suis, vasisq; non parcat, & in hujus confirmationem adducit textum David: *Repulit Tabernaculum suum, ubi habitavit in hominibus.*

Hic memorare, quot templa per orbem profanata fuerunt ab infidelibus, & hæreticis, & quanta rebus sacris contumelia est illata, cum nec ipsimet Sacrosanctæ Euchari- stia indultum sit, & considera, quod fortasse propter Cleri crimina, & in pœnam sacerdotalis delicti à Deo permessa fuerunt. Ergo tandem à somno evigila, & ad Deum conversus exclama: Absit Domine, ut meis peccatis tanta ruina invehatur. *Ne derelinquas nos Domine Deus noster; Ne des hæreditatem tuam in opprobrium,*

brium
Custod
sanctan
cavero
miserat
ravi, q
enormi
quia co
coram
fiteor
culpan
perfer

M
De

Cof
diõ
Minist
tatis,
vitiu



& ribrium, ut dominantur eis Nationes.
Custodi Domine Domum tuā, Fidē
sanctam conserva, & me cum pec-
cavero, corripias in misericordia &
& in miserationibus tuis. Hucusq; igno-
ravi, quòd peccata Sacerdotum tam
enormia producerent mala. Nunc
quia cognosco, eadem abominor, &
coram tua tremenda Majestate pro-
fiteor non amplius me lapsurum in
culpam, qui terrore tanto hucusque
perscrutatus sum poenam.


MEDITATIO V.

*De summa gravitate peccati
incontinentiæ.*

CAPUT I.

Considera hic primò, quantò stu-
diò expetat Deus in sui Altaris
Ministris virtutem pudoris & casti-
tatis, & inde percipies, quàm ipsi
vitium incontinentiæ displiceat.

Cer-




Certum est, prout aliàs diximus,
 quòd Sacerdotium antiquæ Legis,
 umbra fuit Sacerdotii præsentis,
 quemadmodum antiquæ victimæ, fa-
 crificii novi testamenti figuræ fue-
 runt. In antiqua lege mandatum e-
 rat, ut Sacerdos tot vestibus orna-
 mentisque candidis uteretur, tot
 ablutiones & purgationes observa-
 ret, idque ad insinuandam ipsi mun-
 ditiam & puritatem, quam Deus in
 ipsis exigebat. Elegit ad Sacerdo-
 tium Aaron, quia ex virga illius
 pullulârunt flores symbola castita-
 tis. Ordinavit, ut Levitæ ab actu
 licito conjugali abstinere, non
 solum quotiescunque Sacrificium
 offerre debebant, sed etiã cum vasa
 & vestes sacras contræctare ipsis o-
 pus erat. Prohibuit, ne immunda a-
 nimalia pro sacrificiis adhiberentur,
 idque ut appareret, quantam in suis
 mini-

ministr
 tra, qu
 da in c
 tinenti
 Nun
 Si in f
 ta in v
 omnia
 suis mi
 rigene
 tate de
 sostom
 nistro
 nitidio
 trus D
 dicitie
 Myster
 Per
 Deo si
 fragran
 & foris
 scit. C

ministris vellet puritatem, & è contra, quàm displicens, & abominanda in oculis eius appareret incontinentia.

Nunc cum d. Ambrosio discurre: *Si in figura tanta observantia, quantà in veritate?* Certū est, Deum ante omnia hanc continentiae virtutē in suis ministris requirere, prout ait Origenes: *Ante omnia Sacerdos castitate debet accingi;* & s. Joann. Chrysostomus scribit, Deum velle in ministro suo puritatem, *Solis radiis nitidiorem.* Rationem huius dat Petrus Damian. *Ut in his niveus pudicitiae candor effloreat, qui sacris Mysteriis familiaritèr appropinquant.*

Perpende igitur, quàm odibilis Deo sit ille Sacerdos, qui non solū fragrantiam caret puritatis, sed intus & foris incontinentiae fætores tabescit. Certè, quotiescunque talis Sacer-



cerdos suum operaturus officium Deo appropinquat, summam, ut ita dicam, nauseam ipsi excitat, & non pro ministro, sed pro hoste habetur, nam ut ait s. Clēmens Alexand. *solum, qui agunt puram vitam, sunt Dei Sacerdotes.* Timete itaq; quotquot estis impuri Sacerdotes, ne propter vestram abominationē, Deus vobis pro tota æternitate dicat: *Nescio vos.*

Perpende pariter adeo rectæ rationi consonum esse, ut Dei ministri corporis & animi munditie polleant, ut ipsimet Gentiles summam in propriis sacrificiis exigent puritatē, ideo semper clamabant: *Diis omnia munda,* prout refert Plutarchus. Magnis argumentis demonstravit Diogenes necessitatem castitatis in Deorum ministerio operantibus; & scribit Macrobius, quòd suis temporibus


poribus
tantum
gebantur

Hinc
vocatione
rationi,
quantum
mini, in
Iratus
ob imp
neum in
gis nu
xuriae
dotum
omnisq
in sacr
Sacerd
chielis
medio
à Villa
omnib
Dei mi
non cast

poribus, Deorum ministris, non tantum svadebatur castitas, sed cogebantur ad illam.

Hinc collige, quantum repugnet vocationi, quantum contrarietur rationi, & quam enormiter delinquant illi, qui vocati in sortem Domini, incontinentiæ labe se fadant. Iratus olim fuit Deus filiis Aaron, ob impositum ab iis ignem extraneum in thuribulo; quanto ergo magis nunc irascetur, videns ignem luxuriæ ardentem in cordibus Sacerdotum? Deus essentialiter purus, omnisque expers maculæ, videns se in sacris mysteriis circumdatum à Sacerdotibus immundis, per os Ezechielis clamabat: *Coinquinabar in medio eorum.* Et ideo ait s. Thomas à Villanova: Si Sacerdos aliunde omnibus polleat prærogativis in Dei ministro requisitis, *Nihil est, si non castus.*

Hic



Hic te ipsum examina; vitam
 transactam discute; vide, an purus,
 castusque fueris in Sacerdotio. Et
 si conscientia teste, inuenias te plu-
 ries incontinentiâ deliquisse, totus
 rubore suffusus, misericordiam Dei
 implora. Fateri te enormi hoc pec-
 cato summè ipsi displicuisse, te a-
 nimam tuâ horrendè fœdâsse. Hanc
 deinde lacrymis abstergere conten-
 de, nec clamare desine: *Ampliùs*
lava me Domine, ab iniquitate mea,
& à delicto meo munda me. Propone
 firmiter vitæ reformationem, & su-
 per omnia vide, ut fugias qualem-
 cumque iterum delinquendi occasi-
 onem. Qui non fugit, sed quærit
 periculum, in illo procul dubio pe-
 ribit.

CAPUT II.

CONSIDERA, quàm strictè exigat
 Deus castitatem, & quàm gravi-
 ter

ter se in
 Sacerdo
 ris mu
 Unxit
 dedit p
 stris. E
 tatem,
 bat Deu
 quo Al
 gebant
 ungen
 gnam
 qui ad
 liquore
 ctionis
 minis n
 Quâ
 Deus,
 quàm f
 ministe
 tō mag
 arceatu

vitam
 purus,
 io. Et
 te plu-
 torus
 lam Dei
 oc pec-
 te a-
 Hanc
 conten-
 Amplius
 te mea,
 ropone
 & su-
 ualem-
 occasi-
 quarit
 bio pe-
 exigat
 gravi-
 ter

ter se impuritate sentiat offensum à Sacerdotibus, quos sigillò characteris manivit, prout Apostolus ait: *Unxit nos Deus & signavit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris.* Et ut hanc rectè capias veritatem, ita tecum discurre: Mandabat Deus in Exodo, ut oleum sacrū, quo Altare aliaq; sacra utensilia ungebantur, non adhiberetur ad inungendam carnem hominis. Et magnam in Deo iracundiam excitasset, qui ad usus profanos illum sacrum liquorem adhibuisset: *Hoc oleum unktionis Sanctum erit mihi; caro hominis non-ungetur ex eo.*

Quàm putas ergo districtè exigat Deus, ut persona sacerdotalis plùs quàm sacrum oleum in solos usus & ministeria sacra applicetur, & tantò magis à carnis turpitudinibus arceatur, *Sacerdos ne polluat sanctuarium*



arium Domini, quia oleum sanctæ
unctionis super eum est. Dixit Deus
in Levitico.

Præterea cogita, quàm impium
esset, si quis calicem consecratū &
multoties sanguine pretiosissimo
Christi delibutum, ad turpes usus
adhiberet; utique id solummodo au-
dire horrorem tibi incuteret. Cùm
ergo Sacerdos sit sanctuarium Deo
sacrum, ipsique reservatum, quàm
enorme scelus est, illud luxuriæ
spurcitiis inficere, & in eo Dei ma-
jestatem inhonorare?

Id inferre potes ex ipsiusmet Dei
querelis, quas per os Ezechielis fe-
cit: *Sacerdotes polluerunt Sanctua-
ria mea, & addit Hugo Cardinalis,
per vitæ immunditiam.*

Impure Sacerdos, vide, quid agis:
Agnosce injuriam, quam Deo infers:
Cogita, quid es, & quam aliàs adhi-

bes


bes dil
custodie
ria spec
rem ad
ab omni
natam.
Dei, tem
ritus san
nis stim
consecra
contine
cogitati
versanti
& omni
in vobis
postolus
Certe
vis unde
gnitus,
subjace
ipsi præ
sincere

bes diligentiam in observandis, & custodiendis rebus ad sancta mysteria spectantibus, eandem imò majorem adhibe, ut serves animam tuā ab omni impuritatis forde intaminatam. Te ipsum custodi, ut domū Dei, templum Christi, organum Spiritūs sancti; si quandoque sentis carnis stimulum, memento te Deo esse consecratum, & si verè cupis te continere, uti Deo vovisti, coneris cogitationes imò verba puritati adversantia à te eliminare: *Fornicatio & omnis immunditia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos*, ait Apostolus Paulus.

Certum est, quòd Sacerdos quamvis unctus, & caractere sacro insignitus, humanis tamen fragilitatibus subjacet, sed pariter certū est, Deū ipsi præstò esse suo auxilio, si illud sincerè imploret, & in tempore ten-

E

tati-



tationis ad ipsum ferventer confu-
giat. Prodest etiam plurimū ad in-
fringendos libidinis insultus, si quod
quotidie cantas, opere complere
studeas, nempe: *Carnis terat super-
biam potus cibiq; parcitas.*

C A P U T III.

EX alia quoq; ratione gravissimum
fit peccatum incontinentiæ in
sacerdotibus, nimirum propter vo-
tum solenniter Deo factum de ca-
stitate strictè servanda. Considera
itaque quòd per hanc voti circum-
stantiam peccatum hoc in Sacerdote
speciem mutat, & ubi in Læico di-
citur ex. gr. simplex fornicatio,
in Sacerdote est & dicitur sacrile-
gium, quod rei sacræ violationem
significat; pudicitia enim, quæ adeò
sanctè fuerat appromissa, violatur.
Quàm magna ergo iniuria fit Deo à
Sacerdote, cum id, quod ipsi sa-
cro-

cro-sanctè
diabolo
cidit, qu
Reginæ a
miè frag
illum abr
pio dona
Magna
Proceres,
observet
inferior
to, nam
matione
tempti. (C
iniuria, &
creatura
& quasi d
Conf
lemne vo
ritualis q
ter Chris
consequer

crofanctè promiserat; sensui, imò diabolo donat. Non aliter hîc accidit, quàm si quis post oblatum Reginæ alicui fasciculum florū eximiè fragrantium, à regiis manibus illum abriperet, & vilissimo mancipio donaret.

Magnæ iniuriæ adscribunt mundi Proceres, si ipsis datum verbū non observetur, maximè à sibi dignitate inferioribus; & quidem jure merito, nam sic videntur in pauca æstimatione habiti, imò formaliter contempti. Quid ergo existimandū de iniuriâ, & displicentia Dei, si vilis creatura datam ipsi fidem frangat, & quasi de eo ludibrium faciat.

Confidera insuper, quòd per solemne votum castitatis, veluti spiritualis quædam desponsatio fit inter Christum & Sacerdotem, & per consequens membra Sacerdotis in

potestatem specialem Christi tanquam sponsi transeunt, unde ait Apostolus: *Corpora vestra membra sunt Christi.* Quam ergo enormiter offendit Christum impurus Sacerdos, quando *tolens membra Christi*, ut idem prosequitur Apostolus. *facit membra meretricis?* Quid sentires de aliqua foemina de pulvere ad solium & thalamum Regis euecta, si neglecta fide coniugali, & decore suae dignitatis, impudenter se vili mancipio commisceret? Idem prorsus sentias de Sacerdote, qui de saeculo ad sublimem sui ordinis dignitatem sublimatus, & sacro voti vinculo obstrictus Christi decorem, fidei sanctitatem, puritatis integritatem, profuit, violavit, fœdavit. Eja mi frater Sacerdos, audi vocem Domini tui dicentis: *Tu fornicatus es cum amatoribus multis, revertere ad me,*

✠

Et ego
redi ad
merito
tamen

Tam
amplē
toris t
mis ill
cata ti
tis tua
tot tit
lāsti,
simul
reliqu
pertra
ac si v
ait D.
pro vi


Con
viti
te agg

Et ego suscipiam te. Veni dilecte mi,
redi ad thalamū meum, & licet tibi
meritō fuerim iratus, misericordix
tamen recordabor.

Tam svavi eloquio compunctus,
amplectere o Sacerdos, pedes Salva-
toris tui de cruce pendentis, lacry-
mis illos riga ut Magdalena, & pec-
cata tibi remittentur. Et si purita-
tis tuæ florem, quem illibatum ex
tot titulis servare debueras, macu-
lâsti, doleas quidem oportet, sed
simul etiam confidas, & satagas, ut
reliquum vitæ tuæ immaculato calle
pertranscas, & sponso acceptus eris
ac si virgo adhuc existeres, nam ut
ait D. Bernardinus: *Longa castitas
pro virginitate reputatur.*

C A P U T I V.

CONsidera aliam quoque rationem
vitiū incontinentiæ in Sacerdo-
te aggravantem, & est horrenda in-
juria,




juria, quam Christo facit quotidie
 atrectando adeò pollutis manibus
 Sacratissimum ejus Corpus in altari
 consecratum. Adeò Christus amat
 virginitatem, ut hanc etiam in pro-
 pria matre, *stupente natura*, habere
 voluerit. Placuit ipsi etiam vocari:
candor lucis æternæ, speculum sine
macula, lilium convalliū, quæ omnia
 alludunt ad virginitatem. Quàm
 graviter ergo illū offendit, qui sibi
 dilectam adeò virtutem turpi con-
 versatione deperdit? Hæc omnia be-
 ne trutinata, largam lacrymarū ve-
 nam ab oculis D. Bernardi extrahe-
 bant, & tuas quoq; excitabunt, si
 illis ritè perpensis audiveris illum
 dicentem: *Audent Agni immaculati*
sacras contingere carnes, & intingere
in sanguine Salvatoris nefarias ma-
nus, quibus paulò ante, (proh dolor)
carnes meretricis atrectaverunt.

Poté-

Po
 lia Ch
 lo cast
 ritatis
 corda
 dolori
 Si tu q
 offensa
 quaris
 Pudici
 opere
 à jact
 mens
 bera.
 Exa
 & vid
 & ope
 Deo g
 ne aut
 plurim
 macula
 sunt

Potestne major interri contume-
lia Christo Salvatori nostro, agnel-
lo castissimo, lilio candidissimæ pu-
ritatis? O iniquitas execranda, quæ
corda fidelium agnoscentium Deum
doloris jaculô transfigere potest!
Si tu quoque Sacerdos, sentis huius
offensæ atrocitatem, conare, ut exe-
quaris D. Hieronymi documentum:
*Pudicitia sacerdotalis non solum ab
opere immundo abstineat, sed etiam
à jactu oculi, & cogitationis errore,
mens Christi corpus confectura sit li-
bera.*

Examina vitam tuam præteritã,
& vide, an castè verbo, cogitatione,
& opere te gesseris, quod si sic,
Deo gratias age, qui te ita servavit,
ne autẽ tibi fidas, sed cogita, quòd
plurimi post longam, puram & im-
maculatam vitam in ipsamet lapsi
sunt senectute sicut Salomon, de



quo Spiritus s. ait: *Cúmque esset senex, depravatatum est cor eius per mulieres, ut sequeretur Deos alienos.* Ad insultus huius maledicti vitii impuritatis, *Cedros libani corruisse reperi,* ait D. Augustinus. Quantũ ergo magis timere debes tu, qui non es cedrus libani, sed fragilis arundo. Hic solus hostis est, qui fugã vincitur. Ne nimium tibi de te pollicearis. Pete quotidie à Deo cum omni humilitate, & lacrymis divinum eius auxilium. Castitas donum Dei est; *Et ut castitas detur, humilitas meretur,* ait D. Bernardus.

Quòd si recordaris, te in Sacerdotali statu in fœda sensualitate peccasse, memineris quoque te maximã Deo iniuriã intulisse, & quòd ideo magnam poenitentia, & emendationis habes rationem. Recogita tibi omnes annos tuos, in amaritudine
ani-

animæ
summa
dus, tu
carnis
sco, &
cor me
crea in
quiritu
lari &
sapius
pone
caro,
juniis,
damne

M
De g
ne

EX g
Sac
figere

animæ tuæ. Ah mi Jesu! exclama, tu summa puritas, ego fædus, & fætidus, tu virginali stola decorus, ego carnis spurcitiâ pollutus. Erubescō, & confundor. Eripe Domine, cor meum tam immundum, & aliud crea in me mundissimum, quale requiritur in ministro, qui tibi famulari & sacrosanctam humanitatē tuâ sapius debet attrectare. Indè propone sinceram emendationem, & caro, quæ te illexit ad culpam, ieiuniis, cilicio & flagellis, à te ipso damnetur ad pœnam.

MEDITATIO VI.


De gravi pœna, qua Deus incontinentiam Sacerdotum punit.

CAPUT I.

EX gravissimis pœnis, quas Deus Sacerdotibus incontinentibus infligere solet, una est subtractio lu-

Es


minis,



minis, ad agnoscendam propriam
 miseriam, & imminetia sibi peri-
 cula, semper enim ambulat in tene-
 bris, donec ad barathrum perveni-
 at æternæ perditionis, similē poenā
 indixit Deus Hebræis: *Excœca cor
 populi huius, ut videntes non videant.*
 Sacerdotibus æquè impuris, hæc poe-
 na intimatur per Jeremiam: *Pro-
 pheta & Sacerdos polluti sunt, idcir-
 cò via illorum erit quasi lubricum in
 tenebris.*


Et quòd hæc comminatio verè in
 Sacerdotibus impuris impleatur,
 docet experientia, tales enim ita se
 gerere solent, ut fidei lumen, pru-
 dentix & conscientix dictamen z-
 misisse videantur. Enormia enim
 peccata committunt, ac si venialia
 essent, non emendantur, nec quid
 agant, corde recogitant; digitò à
 sæcularibus scandalum patientibus
 mon-

monstr
 loquun
 eorda
 deant,
 Fortat
 carunt
 bratur
 quotid
 dunt f
 bita c
 esse, c
 liation
 ex po
 nis, q
 ob pe
 sce Sa
 quòd i
 lans a
 ratè d
 Qu
 etiam
 xima



monstrantur, de ipsorum vitiis palā loquuntur, illi autem sic excæcata corda habent, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. Fortassis etiam à domo, in qua peccarunt, eunt ad templum ibi celebraturi. Quotidie delinquant, & quotidie confitentur, nec perpendunt similes confessiones absq; debita contritione potius confusiones esse, quàm veras cum Deo reconciliationes. Hæc omnia proveniunt ex pœna privationis interni luminis, qua, ut supra dictum est, à Deo ob peccata mulentur. Contremisce Sacerdos, & pro certo habeas, quòd in tam densis tenebris ambulans ad damnationis abyssum insperatè descendes.

Quòd si hucusq; hoc tibi lumen etiam peccanti non defuit, pro maxima Dei erga te misericordia re-



putes, adeoq; summè confundaris
te adeò ingratum gratiam hanc sin-
gularem iniquissimè non curâsse: Si
autem è contra experiris te in pec-
catorum tuorum fimeto jacentem,
paucam aut nullam sentire syndere-
sin, evidentissimum periculum tuū
apprehende, & vide, ne in totalem
cordis obdurationem incidas, &
impœnitens ex hac vita decedens,
æternæ damnationis pœnam incur-
ras.

Redite Sacerdotes ad cor, & si
dum hæc legitis, gratia divina pul-
sat ad ostium cordis vestri, *ambu-
late dum lucem habetis, ne tenebræ
vos comprehendant.* Veniam cum la-
crymis implorate, emendationē ad-
hibete, & *Dominus ponet tenebras
coram vobis in lucem, & prava in di-
recta.* Interea non cessetis clamare:
*Illumina oculos meos, ne unquam ob-
dormiam in morte.* CA.

COnf
inte
conjun
luntati
literis
tellect
tribuit
Pery
bilis fi
vindict
beot
gratiã
& cor
maxim
neque
mala
finer
to:
& cur
Hi
libid

CAPUT II.

CONsidera, quòd pœna privationis interni luminis, ut plurimum conjungitur, cum obduratione voluntatis in malo, & ideo in sacris literis cœcitas, quæ spectat ad intellectum, cordi seu voluntati attribuitur: *Excœca cor populi huius.*


Perpense igitur, quàm formidabilis sit hæc secunda pœna, quam à vindice manu Dei expectandam habent impuri Sacerdotes, ita enim gratiâ privabuntur, ut pœnitentiâ, & contritionem suorum peccatorum, maximè in mortis articulo obtinere nequeant, manente semper in ipsis mala voluntate, & in peccatis obstinatione, verificatoq; in ipsis dicto: *Implebuntur ossa eorum vitiiis, & cum iis in pulvere dormient.*

Hinc provenit, quòd Sacerdotes libidine infecti admonitionibus non
fle-

flectuntur, concionibus non convertuntur, minis non emendantur, & in ipsamet senectute cūm deficient animi & corporis vires, æstuantibus luxuriæ flammis, ardescunt. Eheu miseri, quā clarè experiuntur prædictam suorum peccatorum pœnam, malum enim habitum exuere vellent, sed resolutio ipsis deest, pœnitere, flere optarent, sed ex indurato corde frustra lacrymarū venā exoptant. Nec dici, nec cogitari satis potest, quā magnum sit malum à Deo, & ipsius auxiliante gratia derelinqui, & in propriis sordescere culpis, non manente, nisi illo terribili: *Væ, cūm recessero ab eis.*


Considera insuper, quòd ab hac cordis induratione, voluntatis obstinatione, & contritionis defectu, tandem provenit impœnitentia finalis, quæ est proximus gradus ad
damna-

damnat
clerius
narrat
mirum
dam D
magnu
qui ibi
cerdot
merus
Ducto
accept
lium
circò
liter
Ex
veris
dotes
carni
vobis
lapsu
cuti
ficio



damnationem æternam. Et ut hoc
clarius intelligas, perpende, quod
narrat Dionysius Carthusianus, ni-
mirum quòd ductus ab Angelo qui-
dam Dei Servus ad Purgatorium,
magnum vidit numerum Sæculariũ,
qui ibi sua purgabant peccata; Sa-
cerdotum autem valde exiguus nu-
merus ibi apparebat, & causam à
Ductore quærens, tremendum hoc
accepit responsum: *Vix aliquis ta-
lium habet veram contritionem, id-
circò penè omnes huiusmodi æterna-
liter damnantur.*

Ex his formidabilibus quidẽ, sed
veris reflexionibus, curate Sacer-
dotes, ut horrorem concipiatis de
carnis turpitudinibus, ne Deus à
vobis recedat. Qui post frequentes
lapsus gratiam resipiscendi confe-
cuti sunt, pro maximo id Dei bene-
ficio habeant, ipsius adorent clemen-
tiam,



tiam, verè enim maxima est, quòd
Deus summa Puritas, eos in sentina
impuritatum non solùm respexerit
jacentes, sed summè sædatos pro-
prij sanguinis lavacro mundaverit.
Qui autem in delictorum similium
luto usque adhuc volutatur, invo-
cet dexteram Altissimi, quæ illum
indè emergere iuvet, clamans: *Emit-
te manum tuam de alto, eripe me &
libera me.*


Imploret à Jesu Christo per vul-
nera, quæ passus, per sanguinem,
quem effudit, ut veram sibi indul-
geat contritionem, & ut illam faci-
lius consequatur, crucifixi pedes
amplectatur, osculetur, nec indè
recedat, donec cor sentiat contri-
tum, & tunc firma & immutabili
voluntate vitæ emendationem, &
reformationem proponat.

C A P U T III.

Con-

CON-
bè o
puritat
ipforu
cuset.
dignan
cantem
dentes
veritati
bis Je
noli or
mas p
quia n
quatur
tibus a
mo mea
carnes
tuas?
lens of
us Sac
utitur
dos pec

Considera primò, quòd tam acer-
 bè offensum se Deus sentit ab im-
 puritate Sacerdotum, ut in poenā,
 ipsorum preces ampliùs audire re-
 cuset. Imò velut Monarcha suo in-
 dignans Vasallo, nec ipsum suppli-
 cantem, nec alios pro illo interce-
 dentes exaudire dignatur. Huius
 veritatis testimonia habemus in ver-
 bis Jeremiæ dictis à Deo: *Tu ergo
 noli orare pro populo hoc, & ne assu-
 mas pro eis laudem & orationem,
 quia non exaudiam.* Et quòd hìc lo-
 quatur de Sacerdotibus, ex sequen-
 tibus apparet: *Dilectus meus in do-
 mo mea fecit scelera multa, nunquid
 carnes sanctæ auferent à te malitias
 tuas?* Præterea d. Augustinus vo-
 lens ostendere, quàm difficulter De-
 us Sacerdotum peccata condonet,
 utitur illis verbis: *Si autem Sacer-
 dos peccaverit, quis orabit pro eo?*
 quæ



quæ verba tu Sacerdos expende, ut
 scias, quòd difficiliùs tibi, quàm
 aliis peccata dimittat Altissimus.


Ut tandem de hac veritate magis
 magisq; convincaris, considera,
 quòd etiam in hac vita similiter pu-
 niuntur magni peccatores Laici,
 postquam à Deo singularibus grati-
 is & beneficiis cumulati fuerunt,
 sicut Populus Judaicus, pro quo
 sæpè prohibitus est à Deo Jere-
 mias, ne oraret: *Noli orare pro po-
 pulo isto in bonum.* Quantum ergo
 magis timenda est ultio Divina à
 Sacerdotibus, qui tam sublimi di-
 gnitate, & donis honorati fuerunt,
 & tanta ingratitude Benefactori
 suo responderunt.

Interdum quoque solet Deus im-
 puris Sacerdotibus has veritates
 manifestare in extremo vitæ ipsorū
 momento; & hinc fit, ut ipsi de mi-
 scri-

ferico
 damner
 vitio h
 ne ita
 tuas, n
 plius v
 custod
 hibeat
 Quòd

Con
 ve


pter n
 puniri
 gello,
 c. 2. s
 cerdot
 Hæc e
 storur
 perien
 mianu
 Regis



fericordia desperantes miserrimè
damnentur. Si itaque o Sacerdos,
vitio hoc nefandò imbutus es, vide,
ne ita exardescat ira Dei, ut nec
tuas, nec aliorum pro te preces am-
plius velit audire, imò Angelo tuo
custodi, & sanctis Advocatis tuis pro-
hibeat de te amplius verbum proferre
Quòd si hoc fiat, quid erit de te?

C A P U T IV.


CONSidera, quòd si quodlibet gra-
ve peccatum Sacerdotum, pro-
pter maximam illius malitiam solet
puniri à Deo mortis improvise fla-
gello, uti dictum est in Meditat. 4.
c. 2. specialiter carnale delictū Sa-
cerdotis hanc post se poenā trahit.
Hæc est communis sanctorum Do-
ctorum sententia, plurimis etiam ex-
perientiis confirmata. S. Petrus Da-
mianus adducit exemplum sacrilegi
Regis Baltasar, qui dum epularetur
cum



cum suis concubinis, & vasa sacra ex templo Hierosolymitano ablata, ad usum illarum afferri curasset, statim apparuerunt digiti scribentes in opposito pariete mortis illius sententiam. Hoc denotat, ait s. Doctor præcitatus, quòd idem fiet impuris Sacerdotibus, qui majori Baltassaris sacrilegio, propriorum corporum & animarum vasa Deo consecrata impudicis usibus adhibere non erubescunt; ac proinde idem Sanctus ad Sacerdotes conversus, admonet: *Nolite vasa Deo sacra in vasa contumeliæ convertere, & exemplo Baltassar usui vestræ delectationis aptare.*


Multi Authores supponunt Ozam repentina morte percussam ex eo, quòd arcam testamenti tetigerit, postquã nocte antecedente propriæ uxori se miscuisset. Si ergo licita ali-

aliunde
displic
impuri
menti,
Sacram
nis Jesu
trectare
tem, &
tam se
foedæ
conver
de die
ira illi
Perp
lãm in
num vo
similib
tes cast
super
duo tan
Petro
Dum qu



aliunde Ozæ commixtio tantū Deo displicuit, quantò magis displicebit impuritas Sacerdotum novi testamenti, qui non umbram, sed verū Sacramentum Corporis, & sanguinis Jesu Christi audent polluti atrectare? Hanc seriò trutinam veritatem, & sanctum concipe timorem tam severæ punitionis, & horrorem foedæ conversationis, *nec tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem, subito enim veniet ira illius.*

Perpende ulterius, Deum non solum in veteri lege, cum *Deus ultionum* vocabatur, sed in lege gratiæ similibus flagellis impuros Sacerdotes castigasse. Plura in historiis desuper habentur exempla, inter quæ duo tantum referā. Primum à s. Petro Damiano allatū sic habet: Dum quidam Sacerdos Parmæ in
Lom-



Lombardia actu cum foemina peccaret, descendit ignis de coelo, qui ambos in cumulum infamis cineris transmutavit. Secundum à s. Birgitta in revelatione narratur. Impurus Sacerdos in aperto campo impuro actui operam dabat. Interea coelo apprimè sereno cadit fulmen, & ambos occidit peccantes. *Sic, sicut fluit cera, sic pereunt peccatores à facie Dei.*

Si times o Sacerdos, coram Deo, tam immunda pice foedatus, comparere, lacrymis ablue animam tuam, & ad pedes crucifixi Domini prostratus exclama: Mi Jesu, ecce ille immundus, ille foedus, qui tamdiu in voluptatum sordibus volutatus sum; ecce illa miserabilis creatura tua, quæ in solis carnis spurcitiis delectata est. Hanc sisto coram te, lacrymis quidem aspersam, sed effi-
caci-

cacius
gvine f
lava me
mea nig
per niv
ores pro
Deus mi
parcere
doro ita
liberâst
& imper

ME

In qua
ac hor
in gr

CONFID
thalis
ad sacri
scelerum
propter
sto infer

cacius lavacrum in tuo pretioso sanguine fufpirantem; ampliùs itaque lava me Domine, & fac, ut anima mea nigra velut pellis Æthiopũ fuper nivem dealbetur. Omnes graves promeritus fum pœnas, & tu Deus mifericors & miferator mihi parcere mavis, quàm caftigare. Adoro itaque & benedico te, qui me liberãfti à perditione. Tibi gloria & imperium in fœcula fempiterna.

MEDITATIO VII.

In qua ponderatur, quàm gravis fit ac horrenda culpa Sacerdotum in gravi peccato celebrantiũ.

Confidera, quòd Sacerdos fibi lethalis peccati confcius, & tamen ad facrificandum accedens, omniũ scelerum maximum perpetrat, & propter summam, quam Jefu Chrifto infert iniuriam, & propter obicem,

cem, quem Sacramentali gratiæ ponit. Et quia multiplex in hoc fit Deo iniuria, ideo

Perpende primò hujus peccati gravitatem, ob attrectationem Sacrosancti Corporis Christi, & sic discurre. Certum est, quòd in oculis Dei immundiores sunt manus Sacerdotis peccato lethali gravati, quàm manus alterius quantavis spurcitix tabe infectæ. Si itaq; summã, & execrabilem diceres audaciam, si quis turpissima sanie infectis manibus Sacrosanctam tangeret Eucharistiam. Quid putas dicendum de Sacerdote, qui manibus adeò per peccati sui labem maculatis ad conficiendum tangendumq; tremendũ altaris Sacramentum accederet. Ah Sacerdotes cogitate, quòd hoc non est tangere, sed polluere Corpus Domini, & defactò, ait s. Hieronymus:

mus: P
do indi
ipse De
tur per
nabar i
Imò
re, sed
corpus,
ut ait
bræos;
in hoc
propri
re. Ide
pa Sac
sacrific
temptu
dibus p
O s
facile,
legium
agnosci
Domini


mus: *Polluimus Christi corpus, quando indigni accedimus ad altare, & ipse Deus graviter de hoc querulatur per Ezechielem dicens: Coinquinabar in medio eorum.*

Imò non est hoc tantùm polluere, sed velut pedibus conculcare corpus, & sanguinem Jesu Christi, ut ait Apostolus scribens ad Hebræos; & d. Joannes Chryostomus in hoc Apostoli textu inquit, hoc propriè esse *corpus Christi conculcare*. Ideò æquè execrabilis est culpa Sacerdotis cum mortali peccato sacrificantis, ac per summum contemptum hostiam consecratam pedibus proterentis.

O scelesti Sacerdotes, qui tam facilè, & tam frequenter hoc sacrilegium admittitis, vestrum scelus agnoscite. Audite pariter vocem Domini dicentis ad vos: *Eequomodo,*

F

do,



do, dilecti ministri, fieri hoc potuit, ut me conculcare auderetis, quasi ego non essem Deus tremendæ Majestatis, sed lutum & pulvis? Me genu flectentes adoratis, & sacrilegè conculcatis; non est hæc adoratio ad reverentiam, sed ad contemptum. Sic mecum egerunt Judæi flectentes, & inde mihi illudentes, & percutientes. Et audetis purissimum corpus meum foedare! Quare tam vilipenditis Missæ sacrificium, cui trementes assistunt Angeli, ut ad illud tam immundi accedatis? *Mensa Domini despecta est, Jam tandem emendemini, & revertimini à viis vestris pessimis.*


Nunc perpende, an unquam execrabili adeò te inquinaveris iniquitate, & detestare magnum hoc scelus, quò Christum fœdâsti, altare polluisti, Sacrificium, & mensam

Do-

Domini
ram Deo
monibus
culcare
vitatus a
nuptiali
teriores
Sacerdo
veste nu
tibus, in
sumunt
ste am
miservit
pro vob
Poeni
ste, quò
cesserim
contem
mitate
dum eg
bam, t
super c

Domini contempſiſti. Fatearis coram Deo te infernum, imò ut à Dæmonibus pro tota æternitate conculcareris, promeruiſſe. Si ille invitatus ad cœnam, & absq; veste nuptiali comparens in tenebras exteriores projectus fuit, quid fiet cū Sacerdotibus, qui non solùm absq; veste nuptiali, nempe animi virtutibus, in Christi cœna sedere præsumunt, sed turpissima peccati veste amicti, ad eandem accedunt? O miserimi, quàm tremendum erit pro vobis Dei iudicium!

Pœnitet me Domine Jesu Christe, quòd tecum adeò iniquè processerim, quòd tuam misericordiam contempserim, quòd tua longanimitate abusus fuerim. Miror, quòd dum ego te in altari tuo conculcabam, fulmina tuæ justæ ultionis super caput meum non ceciderint;



sed procul dubio cecidissent, nisi tu continuisses manum in misericordiis tuis, quarum non est numerus. Summas ergo tibi refero gratias, & *miseri cordias tuas in æternum cantabo?* Fuiſti verè mecum longanimis, & multum misericors. Nunc itaque firmiter propono impoſterum à tanto crimine abſtinere, & patienter pati, ſi me in fama, aut honore ab amicis, aut inimicis lædi ſenſero; quod ut fiat, deſidero, ſperans me ſic patiẽdo dignum poenitentiaẽ fructum tibi offerre poſſe.

C A P U T II.


CONſidera atrocitatem culpæ illorum Sacerdotum, qui conſcientiã maculatã, celebrare nihilominus audent, idque ex motivo, quod ſe cibant corpore & ſanguine Salvatoris noſtri. Et ut hoc melius percipias, perpende, quod ſimilis fit ille

ille Sac
pariter
poris &
dum a
prodit
bat.

Præ
parat
rum, q
cifer
indign
nis De
Villan
pter
Sacer
ac fui
denti
quips
comm
ſterq
in clo
mun

ille Sacerdos Judæ proditori, qui pariter ausus est Sacramentum corporis & sanguinis Christi sumere, dum animam suam præconceptæ proditionis scelere fædatam habebat.

Præterea Paulus Apostolus æquiparat hoc peccatum culpæ Judæorum, qui Christum Dominum crucifixerunt: *Qui manducat & bibit indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini, id est, ait s. Thomas à Villanova, ac si occidissent.* Quapropter tam gravis reputabitur culpa Sacerdotum indignè celebrantium, ac fuit illa crucifigentium, & occidentium. Tandem facinus hoc æquiparatur cum illo, quod quis committeret, si Christi corpus in sterquilinio sepeliret, & sanguinem in cloacam effunderet. *Cùm in os immundum sanctissimam carnem ponit,*




eam quasi in lutum projicit, ait Petrus Blefensis. Et quidem meritò, quia communicantes cum lethali peccato in se ipsis lutò & fimò coram Deo spurcioribus Christum recipiunt. Hanc ergo veritatem profunda mentis meditatione concipere satage, & audi s. Thomã à Villanova dicentē: Quantum flagitiũ, in spurcissimam tui corporis cloacam sacratũ Christi sanguinem profundere?

Perpende insuper, quòd hujus culpæ magnitudo etiam desumitur à pœna, qua à Deo mulètari solet. Immunde Sacerdos, ait Christus, *quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* Speras forsàn aliquam consequi utilitatem à sanguine meo, cùm illum in animã tuam peccatis fœdam immittis? frustra speras. Imò potiùs tibi flagella coacervas; sic planè prædicta verba
 expli-

expli
 Aposto
 ait: Qu
 iudiciu
 pe ate
 O Sace
 scis, cù
 accedis
 damnat
 Quis s
 mel ac
 in eum
 medius
 vivium
 us Just
 àucat a
 Si r
 hoc p
 nitere,
 ãra, su
 gvinen
 in cloa

explicat Hugo Cardinalis. Paulus
Apostolus de his flagellis loquens,
ait: *Qui manducat & bibit indignè,
iudicium sibi manducat & bibit, nē-
pe æternæ damnationis sententiã.*
O Sacerdos, quare non contremi-
scis, cūm animã immundã ad altare
accedis, sciens, quòd ad æternam
damnationem suscipiendam vadis?
Quis scit, an non tibi sicut Judæ se-
mel accidat: *Post buccellam intravit
in eum satanas, & suspensus crepuit
medius.* Si proditor ad Christi con-
vivium venis, scias, ait s. Laurenti-
us Justinianus, quòd *proditor man-
ducat ad ruinam atque interitum.*

Si recordaris te aliquando scelus
hoc perpetrãsse, quare differs pœ-
nitere, & flere, ut te subtrahas ab
ira, super te ventura? Nescis san-
guinem Christi à te conculcatũ, &
in cloacam immundæ animæ tuæ



proiectum vindictam contra te clamare fortius, quàm olim sanguis Abel contra Cain coram Deo vociferabatur? Sic planè Christus s. Birgittæ revelavit, dicens: *Sanguis meus plùs clamat vindictam, quàm sanguis Abel.* Scias autè, quòd sanguis Christi contra te clamat, quia post peccatum tuum non ingemiscis, nam si seriò poeniteres, & vitā in melius reformares, sanguis ille non ampliùs vindictam, sed pro te ad æternum Patrem clamaret misericordiam. Eia ergo excita in corde tuo vivum tui peccati dolorem, & illum meritis Christi unitum offer Deo, ut culpas tam graves tibi remittat. Dic: doleo, mi Jesu, quòd te sicut Judas prodiderim, ut Judæi crucifixerim, & corpus ac sanguinè tuum piùs quàm pagani, aut hæretici conculcaverim. Veniam implo-

ro,


ro, iniquitatem
ternam
in te n
consequ

COnf
gnu
peccato
quòd t
fert Al
cium
tit pe
placan
pacem
lienda
viter
hanc
catum
qui p
actu i
is int
incap

ro, iniquitatem meam cognosco, æternam pœnam mereor, sed tamen in te misericordiæ fonte, veniam consequi humiliter confido.

C A P U T III.

Considera in hoc loco, quàm magnum sit delictum Sacerdotis in peccato celebrantis, ex motivo, quòd tunc Sacerdos Sacrificium offert Altissimo. Missæ enim Sacrificium est veluti legatio, quam mittit populus ad Deum ad iram ipsius placandam, & reconciliationem, & pacem inter Deum, & homines stabilendam. Nunc cogita, quàm graviter Deum iniuriatur, qui suscipit hanc legationem, sciens se per peccatum, maximum Dei hostem esse, qui præsumit Deum placare, dum actu illum irritat, qui audet pro aliis intercedere, qui pro se ipso est incapax impetrare. Hoc verè est




Deo illudere, & prout dixit Petrus
Blesensis: *Qui sacra illius verba Sa-
cramenti ore immundo profert, in
faciem Salvatoris spuit.* O scelus im-
mane! commemorationem passionis
Christi agere coram æterno Patre,
ut sit misericors, & simul Filium
eius Unigenitum crucifigere. Verè
execrabilior hæc est culpa, quàm fuit
Judæorum Christum crucifigentiũ,
prout ait d. Augustinus: *Gravius
peccant indignè offerentes Christum
regnantem in cælis, quàm qui eum
crucifixerunt ambulantem in terris.*

Post perpensam culpæ huius gra-
vitatem, examina, an unquam in
eandem lapsus fueris, & si tibi non
es de eo crimine conscius, Deo gra-
tias age, & propone impostherum etiã
à tanto facinore abstinere. Sed si
te huius criminis reum fuisse ali-
quando agnoscis, cogita & exhor-
resce,

resce,
Dei tec
procul
habuiss
ribus d
culpæ
Conf
in miss
ciliatio
pulo, s
autem
omnib
illusor
tem ad
ceres,
clauder
strares
miliar
nonne
ptum &
quòd t
& dile

nescie, quod fecisti, cogita maximā
 Dei tecum clementiam, cui similem
 procul dubio erga hostem tuū non
 habuisses, & tandem coneris pro vi-
 ribus dolorem, & pœnitentiā tuā
 culpæ magnitudini adæquare.

Considera insuper, quòd Sacerdos
 in missa non solum implorat recon-
 ciliationem, gratiā, & dona pro po-
 pulo, sed etiam pro semetipso. Cùm
 autem est reus gravis peccati, his
 omnibus obicem ponit, & sic quasi
 illusoriè cum Deo agit. Si Magna-
 tem ad te invitares, orares, suppli-
 cares, & jam adveniēti ostium tuū
 clauderes, imò te ipsi à longè mon-
 strares cum capitali eius hoste fa-
 miliariter & amicè conversantem,
 nonne inexplicabilem illi contem-
 ptum & iniuriam infligeres? Cogita,
 quòd tu non aliter agis cum Deo,
 & dilectō eius Filio Jesu Christo,
 cum



cùm maculatus lethali peccato ad
sacrificandum accedis.


Ipfemet olim amarè querulabatur
de hoc cum s. Birgitta, ipsique di-
cebat: *Cùm Sacerdotes verba conse-
crationis proferunt, ego cœli & ter-
ræ Dominus ad vocem ipsorum adve-
nio velut sponsus ad sponsam suam di-
lectam, & diabolum in ipsis reperio.*
O mi Deus, quot contumeliis & in-
iuriis à tuis creaturis afficeris! quot
contemptus pateris ab illis, à qui-
bus super omnia honorari deberes!
Quàm indignè rejiceris, cùm sum-
mâ reverentiâ, & gaudio mereris
fufcipi? Cùm primò carne indutus
humanâ in hunc mundum venisti,
creaturæ omnes applauserunt, ego
solus, qui omnia tibi debeo, te ad
me venientem rejicio. Pœnitet me,
quòd tam ingratus, tam pervicax fu-
erim erga te. Parce mihi miserijmo

&

& indig
sidero t
dare. P
ratum e

CONF
cont
gravati
brandu
perspic
tiam D
met ta

Hes
Deus f
Quem
qui De
cùm e
non ex
ex zel
David
Sacer
volun



& indignissimo. Nunc voco te, desidero te, veni Domine & noli tardare. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.

C A P U T IV.

Confidera maledictiones divinas contra Sacerdotes, qui peccatis gravati ad Missæ sacrificium celebrandum accedunt, & inde clarius perspicies, quantam inde displicentiam Deo, & quantum damni sibi met talis Sacerdos efficiat.

Has maledictiones manifestavit Deus servæ suæ Birgittæ, sic loquens: *Quemadmodum David maledixit illis, qui Deo non obtemperabant, & tamen cum esset Rex iustus, & Propheta, non ex ira aut mala voluntate; sed ex zelo iustitiæ id fecit, ita ego, qui David melior sum, maledico malis Sacerdotibus, non ex ira aut mala voluntate; sed iustitiâ meâ, & eorum*

ini-

iniquitate, sic exigentibus. Inde descendens ad particulares maledictiones, sic ait: *Maledicta omnia, quæ ipsis terra profert; maledictus cibus, & potus; quibus utuntur; maledictum corpus ipsorum, quod resurget in iudicio, ut ardeat in sempiternum; maledicti anni, quibus velut pondera terræ inutilia vixerunt; maledicti oculi ipsorum, qui amplius me non aspicient, sed in inferni tenebris perpetuò obcæcabuntur; maledicti omnes sensus ipsorum externi, qui usibus, ad quos ordinati erant, non servient amplius; sed pœnis unicuique aptis cruciabuntur.* Si parentum maledictiones adeò apprehenduntur, & quidē horrendas trahunt post se sequelas, quid non facient divinæ contra vos maledictiones? Jam tandem intelligite, quid sit in peccato celebrare, & de emendatione vestra seriò co-

gita


gitate
contio
Disced
æternu
Perp
tumlib
revoca
bit, ut
verave
magis
geras,
Nolui
ab eo,
fimen
interi
bus e
Ta
stratu
tande
dictio
ego
Isaac

gitate, & proponite, ne tandē vobis
contingat audire illud tremendum:
*Discedite à me maledicti in ignem
æternum.*

Perpende has maledictiones, quan-
tumlibet formidabiles, attamen ir-
revocabiles non esse; imò per te sta-
bit, ut revocentur; si autem perse-
veraveris in tuo delicto, Deus illas
magis confirmabit. Eia ergo ita te
geras, ut de te non debeat verificari:
*Noluit benedictionem, & elongabitur
ab eo, induit maledictionem sicut ve-
simentum, & intravit sicut aqua in
interiora eius, & sicut oleum in ossi-
bus eius.*

Tantum lacrymatus est Esau pro-
stratus ad pedes patris sui Isaac, ut
tandem unam, licet minimā, bene-
dictionem obtinuerit. Lacrymabor
ego similiter coram te diviniſſimo
Isaac, donec mihi non minimam, sed

lar-



largam benedictionem indulgeas.
 Cupio vitam in melius emendare,
 & sicuti operante promeritâ à me
 maledictione tua, in profundū ini-
 quitatum descendi, sic adiuuante
 benedictione tua, spero de virtute
 in virtutē procedere iuxta promissi-
 onem David: *Benedictionem dabit le-
 gislator, ibunt de virtute in virtutē.*

MEDITATIO VIII.

De scandalo peccantium Sacerdotū.

CAPUT I.

Considera, quòd peccatum scan-
 dali, iuxta s. Thomam Aquinatē,
 est dictum aut factum turpe, quod
 proximo peccandi occasionem præ-
 bet, & hoc potest duobus modis
 accidere, primò, cū quis loquitur
 aut operatur ita, ut proximus inde
 accipiat motivum peccandi, etiamsi
 loquens, aut operans expressè non
 inten-

inten-

intendat
 ducere.
 loquitur
 ad pecc
 Perpen
 catū in
 & repu
 Sacerd
 debet:
 ministr
 lutem
 non pe
 animar
 Flores
 vitā e
 Vig
 vine
 ergo e
 versat
 mus a
 de qua
 Christi

intendat proximum ad peccatū inducere. 2dò quando quis expressè loquitur aut operatur, ut proximus ad peccandum faciliùs inducatur. Perpende itaque, quòd si hoc peccatū in persona cuiusvis fidelis est, & reputatur gravissimum, in persona Sacerdotis tantò enormiùs æstimari debet: quia cùm Sacerdotes sint Dei ministri, & ideò ipsis incumbat salutem animarum zelare, major dari non potest enormitas, quàm cùm animarum ruinam procurant. *Autores mortis existimus, qui ducēs ad vitā esse debuimus, ait s. Gregorius.*

Vigore officii nostri tenemur divinæ offensæ obicem ponere; quanta ergo erit iniquitas, si scandalosa conversatione nostra eandem procuremus augere? Debet vita nostra undequaque sanctitatis odorē spirare: *Christi bonus odor sumus; quanta er-*

go erit iniquitas nostra, si undequaque spargamus vitiorū scetores? Sacerdotes sumus, id est, petra salis Evangelici in Ecclesia Dei posita ad tollendas ex animis populi morum corruptelas, quantum ergo scelus erit nostrum, si inveniamur lapides *offensionis*, & *petra scandali* ad corumpendas pessima conversatione nostra Christi fidelium animas innocentes? Tandem claves coelorum tenemus, & loco aperiendi illud animabus, ut intrent ad nuptias Agni, vivendo uti vivimus, *Cælum claudimus, cum malè nos vivere demonstramus*. Meritò itaque exclamavit s. Gregorius: *Nullum maius præiudicium, quàm à Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorū correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit.*

Considera, quoties tuis verbis im-

mun-

mundis
mala cor
peccand
ad infer
nis oper
enâsti;
continu
Osex el
cerdotes
rete exp

Hic
descend
& vide
tetendi
allicien
tes, usu
siment
Christi
trâsti.
clama:
quanta
à te, be

mundis scandalum præbuiſti, & tua mala converſatione proximū tuū ad peccandum induxiſti; quot animas ad infernum præcipitāſti; quot à bonis operibus malo exemplo tuo alienāſti; & ſic tota vita tua ſcandalū continuum fuit. Ecce Deus per os Oſeæ clamat ad te: *Audite hoc Sacerdotes, laqueus facti eſtis, & ſicut rete expansum.*

Hic o Sacerdos hæc ponderans, deſcende in penetralia cordis tui, & vide, quot retia, quot loqueos tetendiſti: quot modis & artibus ad alliciendas ad malū animas innocentes, uſus fuiſti, & quomodo in veſtimentis ovis, maximam in ovili Chriſti ſtragem lupus rapax perpetrāſti. Hinc ad Deum converſus exclama: memini heu nimiū! memini, quanta ego crimina commiſerim, & à te, benigniſſime Jeſu, veniam imploro.

ploro. Non solum animã meã tibi tot titulis devinctam abstuli, sed fraudulenter aliorum quoque animas à te eripere procuravi. Ita est, Deus meus, optimè memini, & toto corde compunctus indulgentiam à te deponso. Memini inquã, & meminisse volo, ut semper amarè defleam iniuriam, quã tibi feci, & contumeliã, quam tuæ Majestati intuli. *Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.*


C A P U T II.

Considera gravitatem scandali ab Ecclesiasticis proveniente ob efficaciam ipsius ad seducendos animos sæcularium, & ad ipsos inducendos ad peccata. Ut autem hanc veritatem meliùs penetres, perpende, quòd Ecclesiastici, tanquam intimiores, & familiares Dei, velut Magistri populi, & ipsius duces ab

omni-

omnib
vivendi
dentina
oculos c
quod im
vit E
montem
candela
cilium
vivend
pro Sa
scanda
corru
quia si
defect
defect
consec
cerdor
thodo
depen
malun
ones v

omnibus pro norma & exemplari
 vivendi observantur, & ut ait Tri-
 dentina Synodus, *in eos reliqui omnes*
oculos conjiciunt, ut ex eis sumant,
quod imitentur. Ideò Dominus voca-
 vit Ecclesiasticos *civitatem supra*
montem positam, & lucernam supra
candelabrum, & ab ipsis, ut ait Con-
 cilium Burdigalense, bene vel malè
 vivendi exempla duci solent. Itaque
 pro Sacerdotibus, idem est, vitam
 scandalosam agere, ac populi vitam
 corrumpere; nec aliter esse potest:
 quia si norma, & exemplar fuerit
 defectuosum, imago inde delineata
 defectuosa quoque sit, necessariò
 consequitur. Considerate itaque Sa-
 cerdotes, quòd à vitæ vestræ me-
 thodo salus aut perditio animarum
 dependet; si vita vestra mala est, si
 malum exemplum, si malæ operati-
 ones vestræ sunt, maxima vi trahi-
 tis



tis vobiscum reliquam populi ad
 præcipitium; quàm autem scelestū,
 quàm diabolicum sit animas Christi
 sanguine redemptas ad infernū per-
 trahere, ipsimet cogitate & contrem-
 miscite.

Perpende ulteriùs, quòd sacri
 Doctores, ut clariùs elucescere fa-
 ciant vim, & efficaciam mali exem-
 pli Sacerdotum ad mores sæculariū
 depravandos, varias adducunt simi-
 litudines, quas tibi propono, ut de
 hac veritate magis convictus evadas.


Sanctus Carolus Borromæus æqui-
 parat vitam Sacerdotū faci noctur-
 nã, ad quam respicere possint na-
 vigantes in mari procelloso huius
 mundi, ut naufragium evitare, &
 portum optatum assequi valeant. S.
 Joannes Chrysoftomus vocat vitam
 Sacerdotū, radicē, à qua tota arbor
 humorem in propriã conservationis
 usum

usum p
 Sacerdo
 innitit
 ædifici
 in tene
 naufrag
 humore
 trida et
 caput l
 gvent:
 tur, ne
 to toxi
 column
 corruu
 ruere
 scandal
 quod ai
 sunt ru
 O Sa
 quare e
 fragia
 colum

usum participat. Tandē s. Prosper
 Sacerdotes vocat columnas, quibus
 innititur Christianæ professionis
 ædificium. Si itaque navigantibus
 in tenebris fax nocturna tollitur,
 naufragium non evitatur: si radix
 humorem stillat infectum, quia pu-
 trida est, arbor tota corrumpitur; si
 caput langvet, membra cætera lan-
 gvent: si aquæductus venenô infici-
 tur, necessariô civitas tota propina-
 to toxico contaminatur: Tandem si
 columnæ ædificium sustentantes
 corruunt, totam quoq; molem cor-
 ruere necesse est; & sic propter
 scandalum Sacerdotum verificatur,
 quod ait s. Gregorius Papa: *Causæ
 sunt ruinae populi Sacerdotes mali.*

O Sacerdos populorum lucerna,
 quare extincta es, ut populorū nau-
 fragia induceres? O Ecclesiæ Dei
 columna, quare tam miserè cecidisti,

ut



ut unâ tecum populû tuæ curæ commiffum traheres in ruinam? Quare vitam non emendas, quare Sacerdotem verum non agis? implora veniã à Deo pro damno tot animabus illato; reitera sæpiùs ad pedes crucifixi Domini provolutus: *Ab alienis parce servo tuo; & si hucusque malô exemplô Dei offensam promovisti, mutatâ in melius conversatione, te ipsum præbe exemplum bonorum operum.*

C A P U T III.

Hic perpende adhuc meliùs, quã grave fit Ecclesiasticorum scandalum, & quã efficaciter ruinam spiritualem proximorum operetur.

Imprimis aufert à mente, & corde sæcularium bonas cogitationes, sancta desideria, & affectus bene & christianè vivendi, & in virtutib9 se exercendi. Hanc veritatem s.

Angu-

Augustin
Laicus, q
attenderi

De pe
tis Heli,
ptura: E
nimis con
bant hon
vide erg
Dei indig
plo tuo
quo, &
igitur el
de nimis

Insup
us quan
operib9
tionali
dum; m
hanc to
tiam, &
ciores

Augustinus testatus est, scribens:
*Laicus, qui vult bene vivere, cum
 attenderit clericum malum, male vivit.*

De peccato & scandalo Sacerdotis
 Heli, & filiorum eius dicit scri-
 ptura: *Erat peccatum eorum grande
 nimis coram Domino: quia retraher-
 ebant homines à Sacrificio Domini:*
 vide ergo quàm magnam incurras
 Dei indignationem, cum malo exem-
 plo tuo abstrahis sæculares ab obse-
 quio, & cultu Domini Dei. Meritò
 igitur clamare potes: *Peccatum gran-
 de nimis coram Domino perpetravi.*

Insuper considera, quòd cum De-
 us quandam erubescenciam malis
 operibus adiunxerit, ut creaturæ ra-
 tionali frenum esset ad non peccan-
 dum; malum exemplum Sacerdotum
 hanc tollit à sæcularibus erubescen-
 tiam, & ipsos ad peccandum auda-
 ciores reddit; imò interdum efficit,

G

ut


ut sibi gloriam confingant in eo,
quod antea probrum reputaverunt.
Sic planè dixit Jesus dilectæ suæ
sponsæ Birgittæ: *Viso exemplo pra-
vo Sacerdotum, peccator fiduciam
peccandi sumit, & incipit de peccato,
quod prius reputabat erubescibile,
gloriari.*

Hoc ipsamet experientia demon-
strat. Quoties enim dicunt intra se
Laici: agunt hoc Sacerdotes; mirū
ergo non est, si & nos ipsi idem a-
gimus: Si ab hoc non abstinent Sa-
cerdotes, signum est, hoc malū adeò
grave non esse: Quoties animæ in-
nocentiores, quæ prius à peccato
veluti à morte abhorrebant, Eccle-
siasticorum exemplō excitatæ, in
gravissima etiam scelera absq; rubo-
re labuntur? Quoties Laici de suis
iniquitatibus reprehensi, se excu-
sant, allegando eadem se à Sacerdo-
tib9 perpetrata vidisse. Per-

Perp
est scand
veniens,
candi au
vitium i
illis eten
ex offici
dammo
Hinc va
cuti ger
Deos vi
peccato
Sacerdo
nitatem
buere v
Proc
Ecclesia
peccato
aspiciu
iustis &
servavi
vit an

Perpende itaque, quòd grave adeò
est scandalum ab Ecclesiasticis pro-
veniens, ut non solùm Laicis pec-
candi auferat verecundiam; sed &
vitium ipsis licere demonstret: ab
illis etenim admitti peccatum, quib9
ex officio competit sanctitas, quo-
dammodo videtur culpã legitimare.
Hinc vales animadvertere, quòd si-
cuti gentiles Idololatræ proprios
Deos vitiis imbutos finxêre, ut sibi
peccandi adstruerent licentiam, sic
Sacerdotes peccando, Laicis impu-
nitatem peccandi quodammodo tri-
buere videntur.

Procedit etiam ulteriùs scandalũ
Ecclesiasticorũ, nam Laici quamvis
peccatores, dum se minùs scelestos
aspiciunt, quàm Sacerdotes, pro
iustis & sanctis se reputant; uti ob-
servavit Jeremias dicens: *Justifica-
vit animam suam aversatrix Israel*



comparatione praevaricationis Iudae.

O quàm magnum infertis detrimentum vos Sacerdotes à Deo electi, ut veluti luminaria magna in Ecclesia resplendeatis! quomodo ergo tantam cæcitatem inducitis, ut peccatum pro nihilo reputetur & ipsummet rationis lumen per prava exempla vestra extingvatur! Agnoscite tandem reatum vestrum, & errores vestros ad pedes crucifixi Domini detestantes, verã de præteritis contritionem humiliter implo-
rate.

C A P U T I V.

Hic considera flagella, quibus Deus scandala Sacerdotum punire consuevit, & sic poenæ acerbitas culpæ demonstrabit gravitatem.


Perpende itaque, quòd in sacris literis, cunctis scandalum præbentibus, poenæ formidabiles intiman-

tur:

tur: Va
dalum u
adverfit
proxim
sumet;
pueris e
existent
unum de
suspenda
ius, &
Si hoc I
dalum
corum,
dicta, q
lo Sacer
Præ
lachiam
Sacerdo
propter
pribiles
Hancne
parum

tur: *Vae homini illi, per quem scandalum venit; tribulationes, flagella, adversitates expectet, quicumque proximo suo scandalum inferre præsumet; & præcipuè simplicibus, & pueris absque malitia, & peccato existentibus. Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum. Si hoc Laicis intimatur, quorū scandalum minus est, quàm Ecclesiasticorum, perpende, quanta erit vindicta, quam sumet Deus de scandalo Sacerdotum.*

Præterea considera, quòd per Malachiam sic locutus est Deus: *Vos Sacerdotes scandalizastis plurimos, propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis. Hancne putatis levem pœnam, & parùm à vobis curandam? si vestrâ*



perpenditis dignitatē, proculdubio est valde magna, sed & majorem illam vobis demonstro.

Sacerdoti Heli, & filiis eius pariter Sacerdotibus propter peccatū scandali, quod inferebant, ut ait Scriptura, *erat peccatum eorū grande nimis coram Domino: quia retrahēbant homines à Sacrificio Domini*, mortem repentinam Deus immisit, domos eorum destruxit, & in perpetuum ab ipsorum stirpe Sacerdotalis muneris dignitatem abstulit.

Dathan & Abiron pariter Ecclesiasticos, propter scandalum excitatæ seditionis, terra vivos absorbit. Alios ducentos quinquaginta Ecclesiasticos ipsis adhærentes ignis de cælo missus consumpsit; & qui ex populo ipsis assistere conabantur, ad numerum quatuordecim milliū & septingentorū pariter periērunt,

imò

imò ul
fuisse,
lam pla
eri, qu
dali in
debitu


Perp
quod f
enormi
attraxi
scas; r
in pu
Ve ho
ti, per

Ad
horrib
ce ad
univer
cerdo
tiam,
que pe
verè m

imò ulterius ultio divina progressa
fuiſſet, niſi Aaron precibus ſuis il-
lam placâſſet. Hinc tibi licet intu-
eri, quàm gravis ſit hæc culpa ſcan-
dali in oculis Domini; ideo cura, ut
debitum de ea horrorem concipias.

Perpende ulterius, o Sacerdos,
quòd ſi hucusque tuorum criminũ
enormitas, iram Dei ſuper te non
attraxit, verè habes cur contremi-
ſcas; nam quò tardior, eò rigidior
in puniendo Deus eſſe conſuevit.
*Væ homini illi, ſeu, Væ illi Sacerdo-
ti, per quem ſcandalum venit.*

Ad te o Sacerdos, directæ eſt illa
horribilis Jeremiæ comminatio: *Ec-
ce ad te mons peſtifer, qui corrumpis
univerſam terram, ad te nempe, Sa-
cerdos, qui propter gradũs eminenti-
am, rectè mons vocari poteſ, qui-
que per tuorum corruptelã morũ,
verè mons peſtifer dici mereris; ali-*



orum enim mores corrumpis: *Extendam manum meam super te, & dabo te in montem combustionis.* Gravabitur super te omnipotens Altissimi manus, & eris ignis æterni pabulū sempiternū. Contremisce ergo mons, nam Dominus celsitudinem tuam humiliabit, & superbiam tuā contumeliis deprimet, ut imposterū confusione conspersus, & omni honore destitutus, infelicissimæ vitæ residuum peragas; & forsan quemadmodum mala conversatione ab omnibus notatus fuisti, sic etiam pessimā, & exemplari morte tua omnibus terrorem incuties.


Absit hoc à me Deus meus. Agnosco quidem me id mereri propter scandala, quæ præbui, sed scio, quòd, cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Peto veniam misericors Deus pro damno illato

Eccle-

Ecclesiæ
scandal
finitæ
mendat
præluce
confili
in verb

M E

IN ho
felix
Sacerd
cogita
rificat
osa in
eius; u
sanctif
intelli
textus
Juc



Ecclesiæ tuæ, dum filios ejusdem scandalizavi. Parce mihi Deus infinitæ bonitatis, promitto enim emendare, & impofterum bono aliis præluere exemplo, iuxta Apostoli consilium: *Exemplum esto Fidelium in verbo & conversatione.*

MEDITATIO IX.

De morte Sacerdotum.


CAPUT I.

IN hoc primo capite meditare, quæ felix, & iucunda erit mors piorum Sacerdotum; utque melius id capias, cogita, quod de illis specialiter verificatur—Davidicum illud, *pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius*; nam cum ipsi, quæ Sacerdotes, sanctificati, & Deo sint consecrati, intelligi singulariter debet de illis textus supra citatus.

Jucunditas, & felicitas hæc pro-

G;

veniet



veniet ex eo, quod libenter, & sine angustiiis vitam suam absolvent, & quasi non tanget illos tormentum mortis. Id, quod maximam solet morientibus inferre amaritudinem, est separatio ab omnibus creaturis, & omnium terrenorum affectuum despoliatio. Verus autem Sacerdos unicum Deum reputat portionem suam. *Dominus pars hereditatis meae*; adeoque a creaturis & humanis affectibus distractus non est, sicque liber erit ab angustiiis, & amaritudinibus. Quod si diabolicos in fine patietur insultus, aderit ipsi Deus, & pro eo certabit, ut inferius dicetur.

Mors ergo pro veris Sacerdotibus erit veluti sopor suavis, & initium quietis, sic disponente Deo, qui amat eos, & specialem curam de iis gerit. Hoc plane exposuit regius Psalter illis verbis: *Cum dederit dilectis*

lectis ju
stus An
dicens
iusforu
O fe
quam u
xerit,
tate ul
Beatus
servid
mortis
stabit
de nu
dicens
O regu
Per
dotis
immu
etiam
mentu
vissim
erunt

lectis suis somnum, & idipsū Christus Ancillæ suæ Birgittæ aperuit, dicens: *Separatio corporis & animæ iustorum non est nisi somnus.*


O felix ille Sacerdos! qui, postquam uti verus Christi minister vixerit, antedicta pace, & tranquillitate ultimã vitæ periodū complebit. Beatus, inquam, ille Sacerdos, qui fervidè Deum dilexit; nullas enim mortis amaritudines moriendo gustabit. Mente serena & peccato corde nuncium sui transitūs suscipiet, dicens: *In pace in idipsum dormiam & requiescam.*

Perpende, quòd mors pii Sacerdotis erit iucunda, non solùm, quia immunis ab angustiis antedictis; sed etiam propter gaudium, quò eo momentò replebitur, *ridebit in die novissimo*; huius autem gaudii varia erunt môtiva.

Pius Sacerdos anhelans cum Apostolo ad unionem sui cum Deo dicit, *cupio dissolvi, & esse cum Christo*; adeoque vitam præsentem existimat, uti verè est, exilium & peregrinationem, *incola ego sum in terra*, & dum hæc protrahitur, clamat, *heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est*. Animã verò corpori unitã reputat veluti in duro carcere inclusã: quia nequit cum amabilissimo obiecto, nempe Deo se coniungere, & suspirans ait cum divo Paulo: *infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Cùm ergo videt horã mortis advenisse, cogitat exilii sui finem adesse, & beatæ æternitatis initium, nec non vinculorum & carceris resolutionem.

Hæc cogitatio induxit s. Episcopum Elgidium, ut morti proximus caneret: *Nunc dimittis servum tuum*

tuum De
in pace;
sux mo
nis & l
ta. Sin
tro de
ba sugg
dicta su
mus. E
Sacerd
caveri
biletio
disti sa
me læ
Per
cerdos
vitæ s
illud,
tus ga
veniss
sux:
adven




*tuum Domine secundum verbum tuum
 in pace; & s. Hieronymum, ut diem
 suæ mortis vocaret diem iubilatio-
 nis & lætitiæ præ omnibus diebus vi-
 tæ. Similiter sancto Sacerdoti Pe-
 tro de Alcantara morienti illa, ver-
 ba suggestit: lætatus sum in his, quæ
 dicta sunt mihi, in domum Domini ibi-
 mus. Experietur unusquisque pius
 Sacerdos, cum Dominus illum vo-
 caverit plenitudinem gaudii, & iu-
 bilationis, atque cantabit: Consci-
 disti saccum meum, & circumdedisti
 me lætitiã.*

Perpende ulterius, quod pius Sa-
 cerdos firmiter sperans præmium
 vitæ suæ religiosè peractæ, iuxta
 illud, *sperat iustus in morte sua*, to-
 tus gaudio perfunditur, videns ad-
 venisse tempus exoptatæ mercedis
 suæ: *Cum tempus propinquæ mortis
 advenerit, de gloria retributionis
 bilare-*

*bilarescit; & ut ait Apostolus, putat
mori lucrum. Considerans autē bre-
vi se coram Iudice adfuturum, i-
psūque tanquam beneficū suæ
conversationis Remuneratorem, in-
ternā lætitiā repletur: qui de sua spē
& operatione securus est, lætus Judi-
cem susinet.*

Tandem pii Sacerdotes morti iā
proximi interdum præsentīā, & as-
sistentīā visibili Angelorum, vel
Sanctorū, imò Beatissimæ Virginis,
& Jesu Christi confortantur. Et hoc
ipsis illam ingerit lætitiā, & iu-
bilationem, quā, qui expertus fuit,
solus valet exprimere. S. Antonius
Patavinus in mortis articulo into-
navit illum hymnum: *O gloriosa Do-
mina, & jam jam moriturus exul-
tans ait: Video Dominum.* S. Nico-
laus Tolentinus antequam ultimum
exhalaret halitum, totus lætabun-
dus,

du, di
Salvator
invitat
& fidei
De s. &
refert c
extraor
lutavit
lum, q
adduce
rident
expira
Con
senties
huius
ergo a
& ex
morte
coram
& pr
tium
mort



dus, dixit circumstantibus: *Ecce*
Salvator meus, qui me ad gloriam
invitat his verbis: Euge serve bone
& fidelis, intra in gaudiū Domini tui.
 De s. Sacerdote Ursino Nursiensi
 refert divus Gregorius Papa, quòd
 extraordinarii gaudii vocibus sa-
 lutavit ss. Apostolos Petrum & Pau-
 lum, qui venerant illum ad cælum
 adducere, & composito in modum
 ridentis ore, dicens: *Ecce venio,*
 expiravit.

Considerando hanc veritatem,
 senties excitari in corde tuo ardens
 huiusmodi mortis desiderium, illud
 ergo amplectaris, & sciens, quòd pia
 & exemplaris vita talem operatur
 mortem, præteritos errores tuos
 coram crucifixo Salvatore detestare,
 & propone reliquum vitæ tuæ spa-
 tium ita impendere, ut felicis adeò
 mortis gratiam consequaris.

CA-

CAPUT II.

CONsidera, quàm pretiosa futura sit mors illorum Sacerdotũ, qui piè & sanctè non solùm vixerunt; sed proximorum saluti totis virib9 incubuerunt.

Mors enim pro istis erit laborũ finis, & quietis initium. S. Bernardus explicans verba psalmi: *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius*, ait, ideo fore pretiosam, quia per illam omnes labores, & sudores finiuntur: *Pretiosa planè tanquam finis laborum*; & quemadmodũ somnus, cui comparatur mors Iustorum, dulcis & suavissimus omnibus est, præcipuè autem laborantibus: *dulcis est somnus operanti*, & prout gaudet & lætatur, qui pro diurno labore conductus, finè diei adesse jam videt: *Sicut mercenarius præstolatur finem diei*, sic quoque exultabit, & lætabitur

bitur in
nea Dor
res pro
approp
rum co
illi mor
tium, &
erit.

Si cu
nis sic
veluti
rarius
ximè p
nisteri
ximi t

Per
& iuc
Sacerd
specia
quas a
laboru
bunt.

bitur ille Sacerdos operarius in vinea Domini, qui post graves labores pro animarum salute impensos, appropinquante morte, finem ipsorum contemplantur. Procul dubio illi mors amara non erit; sed solatium, & refrigerium: *In refrigerio erit.*

Si cupis itaque, ut tua mors finis sit laborum, & per consequens veluti refrigerium, vide, ne sis operarius otio deditus; imò quàm maximè potes, desuda, & labora, ut ministerii tui exequaris munia, & proximi tui salutem promoveas.

Perpende iterum, quàm felicem, & iucundam mortem obituri sint Sacerdotes pii, & operosi propter speciales quasdam consolationes, quas à Deo in præmium pietatis, & laborum in illo momento obtinebunt.

Con-

Confidera, quòd probabiliter tunc temporis curabit Deus per aliquem spiritum ipsi ad aures suggeri illas suaves voces in Apocalypsi relatas: *Requiescant à laboribus suis.* Forfan etiam ipsemet Salvator, non solum ipsi afflret dulcissimâ præsentia suâ; sed expansis brachiis illum ad se vocabit his verbis: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Imaginare tibi, quòd Christus Dominus ad confortandâ animam morientis Sacerdotis vocabit illam ad se illis verbis ex Cantico Canticorum: *Veni electa mea, columba mea, sponsa mea, jam hyems transiit.*

Tandem confidera, quòd pro cõplemento consolationum illius animæ, in exitu suo à corpore faciet Deus, ut ipsi obviam veniant animæ illorum, quos suis admonitionibus,

& con-


& consili
mitam sa
datur in
in portis
lii, & be

Simil
rubino
migrant
ta sex m
cionant
rum est
femita
vineæ
prædic
sudores
flebant;
ad cal
ritis or
bus cir
titia &
venient
manipu

& consilii de via iniquitatis, ad semitam salutis traduxit; & hoc fundatur in illo textu: *Laudent eam in portis opera eius, surrexerunt filii, & beatissimam prædicaverunt.*

Simile quid contigit Fratri Cherubino Spoletino, cui ex hac vita migranti visæ sunt assistere sexaginta sex millia animarum ab ipso conuersione conversarum. O quam verum est operarios Evangelicos in semita Apostolicæ vitæ, in cultura vineæ Domini, & in Divini Verbi prædicatione copiosas lacrymas & sudores effundere: *Euntes ibant & flebant;* sed verum quoque est, eosdē ad cælestem patriam migrantes meritis onustos, & à spiritibus cælestibus circumdatos progredi cum lætitia & exultatione: *venientes autē venient cum exultatione portantes manipulos suos.*

Sacer-



Sacerdotes ministri Dei non terreamini à laboribus, non vos remorentur amaritudines; nam hæ omnes mortis tempore in consolationes & gaudia convertentur; *tristitia vestra vertetur in gaudium*. Pergite lacrymis, & sudoribus divinum semen irrigare, & cùm tempus messis advenit, fructum centuplum colligetis: *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent*. Si hucusque veluti pigri operarii vixistis, deperate consumptum inutiliter tempus, veniam à Christo Domino humiliter implorate, & imposterum vosmetipsos ad operandum pro Deo, & proximis excitare.

C A P U T III.

Confidera, quòd, quemadmodum quieta, & jucunda futura est mors piorum Sacerdotum, ita angustiis & terrore plenus erit obitus malorū;
de

de omnib
ritus fan
sima; qua
Sacerdot
tores illi
iuriam in
nis abom
Hinc
do, perp
perientu
ob timo
quo sist
vita pat
sententi
pore tre
contemp
midat, a
ditio ra
dice De
re illuf
Sanctos
doribus

de omnibus peccatoribus dixit Spiritus sanctus: *Mors peccatorū pessima*; qualis ergo erit mors malorū Sacerdotum, qui inter terræ peccatores illi sunt, qui majorem Deo iniuriam inferunt, & in oculis divinis abominabiles existunt.

Hinc ad particularia descendendo, perpende, quòd amarissimā experientur mortem Sacerdotes mali ob timorem tremendi Judicis, corā quo sistendi sunt, ut eorum, quæ in vita patrârunt, iustam damnationis sententiam obtineant: *Exire de corpore trepidat, & videre eum, quem contempsisse se meminit, Judicē formidat*, ait d. Gregorius. Hæc reditio rationum, coram supremo Judice Deo, replevit horrore & timore illustriores Ecclesiæ catholicæ Sanctos; quid ergo erit cum Sacerdotibus scelestis & peccatoribus?

s. Hi-

s. Hilarion quamvis Deo servivisset per septuaginta annos inter rigores poenitentiae, & solitudinis, attamen vix poterat moriens superare timorem, & consolabatur animam suam angoribus repletam, illis verbis: *Egredere anima mea, quid dubitas, septuaginta prope annis Deo servisti, & mortem times?* O quam major, & crudelior erit apprehensio mali Sacerdotis in articulo mortis constituti, & tamen semetipsum consolari non poterit: quia non solum Deo non servivit, uti debuerat, & uti s. Hilarion fecerat; sed multitudine peccatorum Deum suum continuò offendisse se meminit.

Augebit etiam malo Sacerdoti morienti cruciatus commissarum culparum recordatio, & maximè irreverentiae in sacris mysteriis, & praecipuè tremendo Altaris Sacrificio per-

perpetra
Laicus, in
clamabat
experiri
direpta v
ni in Hie
miniscor
rusalem,
aurea &
& ecce per
tùm ma
Sacerdos
irreveres
steria ad
nihil de
tis mome
plenus ex
stia ma
Redd
Sacerdot
peccand
ha etenim

perpetratæ. Antiochus, quamvis Laicus, in lecto mortis jacens exclamabat maximam inter omnes se experiri angustiam, & dolorem, ob direpta vasa sacra ex templo Domini in Hierusalem, dicens: *Nunc reminiscor malorum, quæ feci in Hierusalem, unde abstuli omnia spolia aurea & argentea, quæ erant in ea, & ecce pereo tristitiâ magnâ.* O quantum majori afflictione cruciabitur Sacerdos moriens & recogitans tot irreverentias à se contra sacra mysteria admittas. Nunc parùm, aut nihil de illis cogitat; sed in mortis momento aliter fiet, & angore plenus exclamabit: *Ecce pereo tristitiâ magnâ.*

Reddent pariter angustiiis plenâ Sacerdotum mortem contractæ ad peccandum consuetudines eorum; hæ etenim cum tentationibus diabolicis

licis coniunctæ extremè ipsos afficient. O quantam tunc experientur amaritudinem, cum omnes præteritæ vitæ lætities, commoda, & voluptates, necessariò derelinquere debebunt! Tandem perpendentes bona opera omiffa, & mala commiffa, ita dilaniabuntur, ut verè maximum tormentum mors ipsis fit futura.

Hinc potes colligere, quòd malè vivendo nil aliud facis, quàm tibi coacervare dolores pro tempore mortis tuæ, quo vel maximè consolatione indigeres. O stultitia maxima! Roga nunc Deum, ut hæc cordi tuo firmiter adhæreant, & tibi ad refipifcentiam, occasionem præbeant.

Perpende ulterius, quòd pessima erit malorum Sacerdotum mors, quia tunc temporis, in pœnam delicto-

licitorum
efficacibus
endum p
Protes
dum vivu
gunt, int
temunt,
tionem d
ra mortis
ipforum
betur in
stro ride
peccator
matur
declinant
extremu
liud sper
nam mal
eritis, i
stra.
Quid
recogita

lietorum derelinquentur, à Deo, & efficacibus auxiliis ad bene moriendum privabuntur.

Protestatur Dominus, quòd, qui dum vivunt, oblatas gratias negligunt, inspirationes immittas contemnunt, & mandatorum observationem detrectant, dum venerit hora mortis Deus illos in extremis ipsorum miseriis deridebit, uti habetur in proverbiiis: *In interitu vestro ridebo, & subsannabo.* Quòd si peccatoribus adhuc viventibus intimatur maledictio: *Maledicti, qui declinant à mandatis tuis, cum ad extremum vitæ pervenerint, nil aliud sperandum habent, quam æternam maledictionem: Si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.*

Quid facies tunc miser Sacerdos recogitans strictam rationem Deo à


te reddendam, recolens peccata innumera & gravissima, quæ perpetrasti, palpitan inter terrores inferni, quem promeruisti? Tunc demones te circumstantes fortissimis suggestionibus aggredientur, cum à Deo derelictus, & contemptus desperationis barathrô incipies absorberi. Eia nunc temetipsum hortare, ut de prædictis malis evitanda, seriam reflexionem instituas, ut cum venerit hora, dicere queas: *Moriatur anima mea morte iustorû.* Ut autem ad hoc te aptè disponas, coram crucifixo Domino tuo lacrymari non desinas, de tuis peccatis dignam age pœnitentiam, consuetudines malas penitens refeca, tempus à Deo tibi concessum prudenter impende, verbô: omnia fac, ut te non tangat tormentum mortis.

CA-

C
Confiden
tis æqu
dotibus a
crebra, &
tationes.

Si itaqu
adversariu
tæ nostræ
giens circ
procul de
furore no
tens brev
omnes im
cui sempe
queos attr
abolus ho
quia mod

Dum e
gant mor
cipuè ac
tra quos



CAPUT IV.

CONsidera id, quod tempore mortis æquè bonis, ac malis Sacerdotibus accidere solet, nimirum: crebræ, & vehementes dæmonis tentationes.

Si itaque juxta Apostolum Petrū, *adversarius vester diabolus*, toto vitæ nostræ tempore *tanquam Leo rugiens circuit quærens, quem devoret*; procul dubio morte instante majori furore nos aggredi solet, & advertens brevitatem restantis temporis, omnes impendit conatus, ut animā, cui semper insidiabatur, in suos laqueos attrahat. *Descendit ad vos diabolus habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet.*


Dum ergo universis hæc contingant mortalibus, scias, quod præcipuè accidunt Sacerdotibus, contra quos diabolus omnes malitiæ suæ

technas instituit, ut perdat, idque ex duplici motivo. Primò propter tumentem ipsius superbiam, quâ stimulante, studet illustriores dignitate, aut moribus viros sub suam potestatem redigere, ut divus Hilarus ait: *Victoria est ei exoptata de Sanctis*. Desiderat hostis infernalis non tantùm de communibus aquis sitim extinguere; sed ad limpidissimos Jordanis fontes, nempe Sacerdotes anhelat. De quo videtur Spiritus sanctus locutus in Job, cum dixit: *Habet fiduciam, quòd influat Jordanis in os eius*. Secundò propter odium inextingvibile, quo ardet contra Deum, & propter indignationem, quâ uritur, ubi animas salvari advertit; hinc contra Christi ministros specialiter exerit vires suas, ut qui plus honoris & dignitatis obtinebant, seducti & subiugati, ipsius triùphum augeant. Du-

Dubita
fi, vita d
& difficu
dæmone
adveneri
superabi
vel maxi
tunc tem
ad resiste
Si post p
succumb
mortis
vita ant
culata,
Præp
artem, &
certami
ut mori
leas. N
regni t
immort
totam l

Dubitandum ergo non est, quòd si, vita durante, adeò vehementes, & difficulter superandæ veniunt à dæmone tentationes, cum extrema advenerit hora efficaciores, & vix superabiles erunt illius insidiæ; eò vel maximè, cum potentiæ animæ tunc temporis adeò debilitatæ vix ad resistendum pares futuræ sint. Si post plures vitæ spiritualis annos succumbere facilè adeò est, quid mortis tempore erit? & præcipuè si vita antecedens peccatis fuerit maculata.

Præpara ergo nunc tibi vires, artem, & auxilia pro extremo illo certamine, & vitam institue talem, ut moriens pugnare, & vincere valeas. Non agitur hic de amissione regni temporalis, sed pro corona immortalì certatur. Ne detrectes totam hanc vitam, quæ brevis adeò



est, impendere, ut punctum, à quo pendet æternitas, tibi possis lucrari.


Perpende hìc, quàm diversa futura sit mors piorum Sacerdotũ, à morte malorum. Illi de victis hostibus triumphantes à Deo, & Angelis post mortem in cælum deducuntur, iuxta illud Habacuc: *Deducet me victor in psalmis canentem.* Isti autem, cùm succubuerint in certamine, & prout vixerant, malè mortui fuerint, à dæmonibus ad æterna supplicia deportabuntur.

Diversitas hæc oritur ex eo, quòd boni Sacerdotes, dum viverent, vires collegerunt, & quasi consuetudinem induerunt resistendi, & superari dæmonis tentationes, adeòq; mortis tempore faciliùs de iis victores evadent, & non confundentur, cùm loquentur inimicis suis in porta. Ex adverso mali Sacerdotes

dotes c
tenus ex
delinque
tationib
est, fort
de piè c
rienti a
Sanctos
viveret,
itaque
pugnat
insidiat
superat
versus
virtus
me; & I
loquens
bulatio
bo eum
E co
cerdot
& Tur

dotes circa artem vincendi nullatenus experti, & per consuetudinē delinquendi labefactati, facile tentationibus tunc temporis, ut dictū est, fortissimis, succumbent. Deinde piē creditur bono Sacerdoti morienti adesse Angelum Custodem, & Sanctos, quos speciali cultu, dum viveret, sibi fecit Patronos. Ab his itaque confortatus, & protectus, pugnat intrepidus contra hostē sibi insidiantem, & facili negotio illum superat. Magnā etiam fiduciā conversus ad Deum ait: *Cum defecerit virtus mea Domine, ne derelinquas me; & Deus vicissim ad cor illius loquens, dicit: Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.*

E contra timendum est, ne Sacerdotem malum Angelus Custos, & Tutelares sancti ob perpetrata



ab eo scelera indignati, derelinquant, & tunc dæmones id videntes ipsum audacter, & tumultuariè aggrediantur clamantes: *Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum, quia non est, qui eripiat.*

Ecce igitur quomodo moritur iustus Sacerdos, & quomodo moritur iniustus. Audivisti hujus diversæ mortis rationes. Si sapias, elige tibi meliorem, sed media ad id efficacia imò necessaria non negligas. Audi pro coronide divum Hieronymum dicentem: *Hoc tenèo, hoc verum puto, quòd ei bonus finis non est, cui semper mala fuerit vita.*

MEDITATIO X.

De tremendo ac rigido Sacerdotum finali iudicio.

CAPUT I.

Con-


Conside
tibi p
vita, teq
constitue
Tribunal
animæ es
Omnes n
Tribunal
minibus
iudicium.
Cum
iudiciu
cerdotib
tate cor
fors. Se
cedetur
quàm c
divus I
gravior
Et ut
das, co
assimila



Considera, quòd licèt Deus plura tibi privilegia concesserit in hac vita, tèque à foro laicali immunem constituerit, nihilominus divino Tribunali subjectus manes, in quo tuæ animæ causa tandem ventilabitur: *Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, & statutum est hominibus semel mori; post hoc autem iudicium.*

Cùm ergo subeundum sit finale iudicium, tam à laicis, quàm à Sacerdotibus, in hac quidem necessitate communis est omnium hominũ fors. Sed nihilominus majori procedetur rigore cum Sacerdotibus, quàm cum sæcularibus, prout ait divus Isidorus Pelusiota: *Sacerdos graviores vitæ suæ rationes subibit.*

Et ut de hoc planè convictus evadas, considera, quòd Dei iudicia assimilantur stateræ exactissimæ.



*Pondus & statera iudicia Dei sunt; quapropter ubi plus positum est ad stateram, ibi ponderis ratio augetur: Cui plus datum est, plus exigitur ab eo. Quò plura ergo quis beneficia, & prærogativas in hac vita recepit, tantò strictior in reddenda de ipsis ratione calculus apparebit; Quantò majus suscepit creditum, tantò majus debitum se non dubitet redditurum; ait divus Petrus Chryso-
logus.*


Perpendite ergo Sacerdotes, quantò plura, & digniora præ laicis munera à Deo acceperitis, & hinc arguere poteritis, quantò strictiorem rationem à vobis, quàm à laicis Deus sit exacturus. Ulteriùs considerate, quòd dona à Sacerdotibus recepta multiplicia sunt, & ideo tantum augment ipsorum debitum, ut iuxta opinionem Origenis, per illū
servum

servum
qui Dom
torum c
intellig
Perp
tale mu
ctus es
Monarc
es Ange
Deo, qu
coelo i
verba c
saurari
ejus, C
sui, &
di à pe
endi re
Qui
cui tan
credis
tanden
credis

servum nominatum in Evangelio,
qui Domino suo decem millia talen-
torum debebat, Sacerdotes veniant
intelligendi.

Perpende, quòd à Deo Sacerdo-
tale munus obtinuisti, & ideo eve-
ctus es ad dignitatem Regibus &
Monarchis superiorem, assimilatus
es Angelis, Dei Matri, & ipsimet
Deo, qui ad tua verba descendit de
cœlo in terram, quoties profers
verba consecrationis. Factus es the-
saurarius, & dispensator divitiarũ
ejus, Corporis nempe & Sangvinis
sui, & tandem potestatem absolven-
di à peccatis, & cœli portas aperi-
endi recepisti.

Quid ergo putas à te exigetur,
cui tanta dona collata fuère? Aut
credis te de propriis factis rationẽ
tandem redditurũ, aut non? Si non
credis, fides in te non est; si autẽ



credis, quæ te dementia cæpit, ut tempestivè te ad iudicium tuū non præpares; sed oscitanter illud imparatus expectes? Vide, ne cūm fueris appensus in statera, inveniarius minus habens.

Sanctus Gregorius Papa admonet nos Sacerdotes illis verbis: *Ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur, ab Auctore mundi gravius inde iudicemur. Studeamus ergo dignè perceptis bonis uti, & respondeamus pro virili tantis obligationibus, semper memoriâ retinentes, quòd, quantò crescunt dona, tantò rationes crescunt donorum.*

Eterne Judex animæ meæ agnosco dona & gratias à tua Divina liberalitate acceptas, & considerans me malè ipsis respondisse, rubore & confusione perfundor. Quomodo
com-

compre
Majestate
gloria tu
missa me
sco. Uni
su effu
confutit
de promo
gratitud
miserico
rum om
poris in
neris in
corde

COnsi
solu
de plu
minuti
minabu
plativi
quòd v

✠)(o)(✠

comparere audebo coram infinita
Majestate tua, sciens me nihil pro
gloria tua operatum fuisse: *Com-*
missa mea paveſco, & ante te erube-
ſco. Unica ſpes mea in tuo mi Je-
ſu effuſo Sangvine pretioſiſſimo
conſiſtit; hinc ſalutis meæ fiducia
depromo; omnium delictorum & in-
gratitudinum præteritæ vitæ meæ
miſericordiam imploro, & impoſte-
rum omnes conatus animi, & cor-
poris in tuam gloriam & mei mu-
neris impletionem impendere toto
corde promitto.

C A P U T II.

CONSIDERA o Sacerdos, quòd non
ſolùm à te Deo danda eſt ratio
de pluribus, quàm à laicis, ſed quòd
minutiores etiam tui defectus exa-
minabuntur. Et hinc aliqui contē-
plativi & pii Scriptores dicunt,
quòd vita ſæculariũ ſtatera majori,
Sacer-

Sacerdotū verò vita lance exactissima ponderabitur, ita ut de minimis unciiis, & drachmis ratio habeatur.

Hanc veritatem manifestavit Deus per Prophetam Sophoniam, cū dixit: *Scrutabor Hierusalem in lucernis*, quod intelligitur de iudicio mysticæ Hierusalem, nempe Ecclesiæ Ministrorū. Quantum ergo apprehendere debet unusquisque Sacerdos hanc Dei expressionem de lucernis in hac scrutatione adhibendis, quasi lumine admoto Deus investigare velit, ne oculis ipsius quamvis omnia videntibus aliquid vel minimū abscondatur. Nota etiā, quòd textus non dicit in lucerna, sed *in lucernis*, quasi uni soli diffidens, plures sint adhibendæ.

Quid ergo fiet mi Deus, de nobis Ecclesiasticis in tam tremendo **Judicio?** qualem sperare possumus
sen-

sententia
in discus
de laicis
getur ra
de Sacer


Ex ha
das, & t
ram elio
fectæ re
lethalia
quoque
tendas.

Et ut
hac por
ge te co
cunque
à te fed
genter,
tem in
fectus,
ut ver
tie me

sententiam, si minutissima quæque
in discussionē sunt producenda? si
de laicis ait d. Anselmus, quòd exi-
getur ratio usque ad ictum oculi, quid
de Sacerdotibus erit?

Ex hac consideratione non diffi-
das, & tantò minus desperes, sed ve-
ram elicias resolutionem tuæ per-
fectæ reformationis, ita ut non solū
lethalia vitare studeas, sed venialia
quoque peccata à te eliminare con-
tendas.

Et ut majorem etiam fructum ex
hac ponderatione eruere possis, fin-
ge te constitutum corā Deo, & quæ-
cunque meminisse potes opera bona
à te facta, examina & scrutare dili-
genter, & forsan in omnibus aut sal-
tem in plurimis varios irrepisse de-
fectus, & negligentias inuenies, ita
ut verbis Isaia dicere possis: *Justi-
tiæ meæ, quasi pannus menstruatus.*
Quòd



Quòd si tu lumine tuo adeò debili tot nævos in ipsiſ vides, quid non deteget in ipsiſ acies divini luminis adeò rigidè perſcrutantis? Si vitam angelicam duxiſſes, & diſciplinam omnino exactam ſervâſſes, adhuc tamen timere deberes iudiciũ Dei, qui in *Angelis ſuis reperit pravitatem*. Quid ergo ſi non angelicam, nec rationalè, ſed forſan brutalem vitam egitſi? Contremiſce Sacerdos mi frater ad ſolum nomen extremi Iudicii.

O Deus meus, tremens factus ſũ ego, & timeo, dum diſcuſſio venerit; quid tunc mecũ erit, cùm ſtriçtæ adeò diſcuſſioni me vicinum videbo? Supplico mi amantiſſime Deus, parce mihi miſero, antequã tremenda illa dies adveniat. Nunc contritio & gemitus cordis mei ad tua vulnera confugientis deleat chirogra-


graphum
ego inter
remiſſion

Dixim
rigid
corum,
iſti ratio
inſuper
nutiſſim
bunt.
eſt Jud
fortior
& cùm
Deo iud
ex d. A
incipiet
quã
iudiciu
Præter
proced
quòd D

graphum peccatorum meorum, dū
ego interea clamo ad te, *Donum fac
remissionis ante diem rationis.*

C A P U T III.

Diximus jam iudicium Sacerdotū
rigidius futurum esse, quàm lai-
corum, quia illi de pluribus, quàm
isti rationem reddere tenentur, &
insuper quia in Sacerdotibus mi-
nutissima quæque trutinari debe-
bunt. Nunc perpende, quòd mos
est Judicum in primis eorū Judiciis
fortiori semper rigore procedere,
& cū Ecclesiastici ante omnes à
Deo iudicari debeant, prout apparet
ex d. Apostoli Petri textu: *Judiciū
incipiet à domo Dei*, hinc desume,
quàm strictum, quàm formidabile
iudicium Sacerdotes sint subituri.
Præterea in Dei tribunali mitiùs
procedetur cum laicis, ex eo,
quòd Deus illos tanquam homines
con-



considerabit; aliter autem fiet cum Sacerdotibus, qui, ut observat d. Bernardus: *Cœleste tenent Officium, & Angeli exercituum Domini sunt*, adeoq; non ut homines, sed ut Angeli iudicabuntur.


Recordare, quàm terribile fuit iudicium contra Luciferum & alios Angelos postquam peccaverunt, & quòd simile quid fiet cū Sacerdotibus, qui velut Angeli considerantur. Hinc cauti sitis o Sacerdotes, quia, si in ministerio vestro bene vos non geritis, non aliud vobis proveniet ex eo, quàm severius iudicium. Fateor quidem Deū suos diligere Ministros, ipsisq; assistere speciali favore: *Non derelinquit plebem suam & hereditatem suam*, sed quousque hoc se extendit? Audi ipsū respondentem: *Quoadusque iustitia convertatur in iudicium.* Hinc serio
pro-

propone
nistrum
us iudic
to expe
Com
super se
adhuc v
licet om
magnis
inter ill
us, s. V
Carpus
tas ab e
men in
sunt rep
digni, d
tus est
tus. Si
lentibu
institui
longè d
piscopi

proponere te ita gerere, uti decet ministrum Dei, aliàs formidabile illius iudicium maximo tui detrimento experieris.

Commemora tibi iudicium Dei super septem Episcopos Afræ, dum adhuc viverent, & videbis, quòd licèt omnes fuerint quasi sancti, & magnis virtutibus præstantes, cùm inter illos essent sanctus Timotheus, s. Polycarpus, s. Quadratus, s. Carpus & s. Sagrius, quorum sanctitas ab omnibus celebrabatur, attamen iuxta Dei iudicium inventi sunt reprehensione & comminatione digni, & inter illos septem reperiendus est quidam lethali culpa gravatus. Si itaq; de Viris adeò excellentibus severum adeò iudiciũ Deus instituit, quid putas fiet de te, qui longè diversus es à prædictis s. Episcopis. &c.

Præ-



Præterea considera, quòd si Dei iudicium pro omnibus adeò rigidū erit, ut s. Apostolus Petrus dixerit: *Iustus vix salvabitur*; quid fiet de Sacerdotibus, de aliis Ecclesiasticis, Prælati, & sanctæ Ecclesiæ Pastoribus, qui strictius super omnes subibunt iudicium? Sacerdos aliquis postquam à Deo iudicatus fuerat, cuidam amico apparuit, & interrogatus, quomodo processerit in suo Deus iudicio, exclamavit, terque sequentia verba pronunciavit: *Nemo credit, nemo credit, nemo credit, quàm strictè Deus dijudicet.*

Et tamen tibi o Sacerdos iudiciū subeundum est, per illas terribiles angustias transeundum est, & tu vix recogitas. Ita tibi de propria salute polliceris, quasi vitam duxisses Hilarionis, & tamen hic tremebat, cū de iudicio cogitaret, etiamsi
septu-

septuagi
Multum
dignitas
Sacerdo
s. Hiero
opus dig
Eja e
tuam sa
& impi
dic: Su
rigores
enim u
subsista
servo tu
bitur in
Supplic
me non
nimis g
secundū
care: q
Nunc a
confugi

septuaginta annis Deo servivisset.
 Multum ergo deciperis; non enim
 dignitas tua Sacerdotalis; sed vita
 Sacerdote digna te salvabit, ut ait
 s. Hieronymus: *Non dignitas, sed
 opus dignitatis salvare consuevit.*

Eja ergo sollicitus sis, ut animam
 tuam salvare queas in die iudicii tui,
 & imprimis coram Deo prostratus
 dic: *Supplico mi Deus, ne mecum
 rigores tui iudicii adhibeas; timeo
 enim ne causa mea coram te non
 subsistat. Non intres in iudiciū cum
 seruo tuo Domine; quia non iustifica-
 bitur in conspectu tuo omnis vivens.*
 Supplico infinitæ Pietati tuæ, ut
 me non iudices, prout exigunt heu
 nimis gravia peccata mea, *Domine
 secundum actum meum noli me iudi-
 care: quia peccavi nimis in vita mea.*
 Nunc ad tribunal Clementiæ tuæ
 confugio; culparum mearum veniā
 implo-

imploro, & ut earū deleatur memoria, humillimè supplico. *Ne recorderis peccata mea Domine, ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū, citò anticipent nos misericordiæ tuæ.* Ego autem propono semper de iis meminisse, ut de illis pœnitentiam agere valeam.

C A P U T IV.


Considera tandem, quòd ex alio etiam motivo, gravius erit iudicium pro Sacerdotibus, quàm pro laicis, nimirū, quia illi in iustissimo Dei tribunali excusationes afferre non poterunt, ait enim s. Joannes Chrysostomus, *nulla peccatorum excusatio Sacerdotibus relinquetur.*

Perpende, quòd si aliquid excusationis pro peccatis in Dei iudicio potest afferri, aliud esse non potest, quàm defectus sufficientis cognitionis ad distingvendam peccatorum quali-

qualitate
dicere, si
dum à D
ci; ex a
quas hab
peccator
excusati
reddunt
stus per
& locutu
non habe
nem non
Jacobus
qui inst
sunt, sup
dicium,
prium c
lire plur
maius iu
Qual
dos pro
profecto

qualitatem. Poterit aliquis laicus
 dicere, sicut dicebat Apostolus non-
 dum à Deo illuminatus: *Ignorans fe-
 ci;* ex adverso scientia, & peritia,
 quas habent Sacerdotes de qualitate
 peccatorum, adimunt ipsis omnis
 excusationis pretextum, & culpam
 reddunt graviolem. Hinc ait Chri-
 stus per Joannem: *Si non venissem;
 & locutus non fuisset eis, peccatum
 non haberent; nunc autem excusatio-
 nem non habent de peccato suo.* Et s.
 Jacobus clarè admonet, quòd ii,
 qui instruunt alios, adedque periti
 sunt, super se inducant severius iu-
 dicium, quotiescunque iuxta pro-
 priam cognitionem non agunt: *No-
 lite plures magistri fieri scientes, quòd
 maius iudicium sumitis.*

Qualem ergo poteris tu o Sacer-
 dos pro te afferre Deo excusationem?
 profectò nullam; optimè enim novi-
 sti



sti delictorum qualitatem, de lege
adimplenda habuisti cognitionē, de
mediis obtinendæ salutis notitiam;
& sic nulla pro te dabitur excusa-
tio, sed *iniquitas oppilabit os tuum.*

Quòd si hoc dici potest de omni-
bus Sacerdotibus, à fortiori dici
poterit de illis, qui scientiâ, & e-
ruditione pollent. Tunc scientiâ
hæc te non excusabit; sed accusa-
bit, & peccatorum tuorum malitiâ
augebit. Magnus quidem thesaurus
est scientiâ; sed cùm iuxta illius di-
ctamen non vivis, & donis tibi à
Deo datis abuteris, tunc prout ex-
plicat Hugo Cardinalis in verba Ec-
clesiastæ, scientiæ tuæ sunt *divitiæ
conservatæ in malū Domini sui.* Vel
ut prosequitur idem Cardinalis: *I-
stæ sunt literæ mortis, quas quilibet
nostrum contra se defert ad iudicium,
sicut Urias detulit literas mortis
sue.*

Perpen-

Perpen-
aliquis Sa-
indoctio-
divino tr-
bit: Hau-
textum c-
annes Ch-
cerdos vi-
ritus tam-
debeat, u-
Labia Sa-
& legem
ptum su-
ad Sacer-
non deb-
S. J-
Christua-
etorum,
humeris
Si te de-
esse scie-
portabil

Perpende ulterius, quòd etiam si aliquis Sacerdos quocunque Laico indoctior esset, hæc ignorantia corâ divino tribunali illum non excusabit: *Haudquaquam ad inscitie pretextum confugere potest*, ait d. Joannes Chrysoctomus. Cùm enim Sacerdos vi muneris sui doctus & peritus tam pro se, quàm pro aliis esse debeat, ut ait Deus per Malachiam: *Labia Sacerdotis custodiunt scientiã, & legem requirent de ore eius*, si aptum sufficienter sese non noverat, ad Sacerdotale officium ascendere non debebat.

S. Joannes Chrysoctomus ait, Christum Dominum Sacerdoti dicturum, *quomodo ausus es provinciã humeris istis minimè parem subire*. Si te debitã doctriã instructũ non esse sciebas, quare pondus tibi importabile assumpsisti? *Quisnam te*

ad id coegit? quisnam te attraxit fugientem detrectantemque. Imò idē s. Doctor observat, quòd si aliquis non se spontè ingereret, sed à Deo eligeretur ad aliquod officium; & ille officii eiusdem partes non adimpleret, non obstante hoc deberet puniri, & affert exemplū Saul, qui Rex à Deo ipso fuit constitutus, & Heli, qui pariter ad Sacerdotiū assumptus est, & tamen, quia non satisfecerunt debitè suis dignitatibus, reprobationis poenam portarunt.

Datò itaque, quòd Sacerdos ignavus Superiorum suorum imperiò ad Sacerdotium ascendisset, ipsi incumberet omnem movere lapidem, sicut id, quod necessariò sciendum est Sacerdoti, addisceret. Quòd si hoc facere negligeret, excusari omnino non posset. Tandem absolvetur Sacerdos


cerdos
ctendo te
re non in
si nunqu
gressus e
tionem l
sed cum
tis exuer
resolutio
stituenda
tio tua n
poteris
mille. M
cusare i
li, & con
niam imp
coram te
quam Ju
accuso n
præcipu
uti dece
excusati

cerdos meditationem hanc, reflectendo te, quòd si prout decet vivere non incipis, meliùs pro te foret, si nunquam Clericalem militiam ingressus esses, quia strictam adeò rationem Deo reddere non tenereris; sed cum iam sis, nec possis Sacerdotis exuere characterem, cape firmã resolutionem vitæ tuæ in meliùs instituendæ. Jam scis, quòd excusatio tua non recipitur à Deo, cui non poteris unquam *unū respondere promille*. Meliùs est ergo te potius accusare in sacro pœnitentiæ tribunali, & coram Deo ingemiscendo veniam implorare. Prostratus itaque coram te mi amantissime Jesu, tanquam Judice meo, non excuso, sed accuso me, & omnia scelera mea, & præcipuè, quòd non ita vixerim, uti decebat Sacerdotẽ tuum. Non

excusationes, inquam, sed preces &

la

lacry-



lacrymas meas tibi offero, ut mei indignissimi ministri tui miserearis, & cum ad iudicandum veneris, nolis me condemnare. Jam statui, & te adiuvante statutam vitæ meæ reformationē adimplebo. Auxiliare mihi Domine, auxiliare.

MEDITATIO XI.

*Quomodo in Dei tribunali exami-
buntur opera Sacerdotum.*


CAPUT I.

Considera, quòd cuncta & singula opera tua debent à Deo supremo Iudice examinari. *Cuncta que fiunt, adducet Deus in iudicium.* Et quòd insuper eadem opera tua non tanquam ab homine, sed uti ab Ecclesiastico facta considerabuntur, nimirum, uti à viro sancto. *Sancti erunt Deo suo, uti de Sacerdotibus habetur in Levitico, imò uti à Viro quasi divi-*

divino:
sus divin
rys. Ar
à te rati
operati
Sanctos
professi
dos, ut
ligiosus
Ecclesia
plexus
Clericu
etè inf
ra ad f
minand
Præ
sancti
fession
bonita
est cal
Hidoru
cerdore

divino: *Qui Sacerdotem dicit, prorsus divinum virum insinuat; ait Dionys. Areopagita. Exiget ergo Deus à te rationē, an cuncta, quæ vivens operatus es, talia fuerint uti decet Sanctos. Unusquisque ad normā suæ professionis iudicandus est, Sacerdos, ut Sacerdos, Religiosus, ut Religiosus, Laicus ut Laicus. Si ergo Ecclesiasticus sanctitatis statū amplexus est, uti docet Augustinus: Clericus professus est sanctitatem; rectè inferitur, quòd cuncta eius opera ad sanctitatis trutinam erunt examinanda.*

Præterea sic discurre: Bonitas & sanctitas Sacerdotis ratione suæ professionis tantò perfectior esse debet bonitate Laicorū, quantò superius est cælum respectu terræ, uti ait d. Isidorus Pelusiota: *Tantum inter Sacerdotem & quemlibet probum inter-*



esse debet, quantum inter cælum & terram discriminis est. In tribunali igitur Dei, in quo unusquisque secundùm propriam conditionem iudicari debet, tantò differt modus reddendi rationem inter Sacerdotè & Laicum, quantum discriminis invenitur inter cælum & terram.

Quibus sic stantibus ulterius procede, & dic: Si iudicium Dei cum Sacerdotibus adeò severum est, ut s. Anselmus dixerit, interdum fieri ut opera, quæ pro meritoriis habebantur, tanquam peccaminosa inveniantur, & mulctentur, quid fiet de operibus Sacerdotum, cum ad disquisitionem supremi Iudicis afferentur? Hanc seriò ruminare necesse est veritatè, ut de æterna animæ tuæ salute periculum non incurras.

Perpende insuper, qualem nancisci possit exitum causa illius Sacerdotis,

dotis, qu
tatis Deo
statui, seu
patravit.
meret so


Quid
quorum
hil magi
dinatas i
hæc pecc
iudican
crimen
ait s. Pe

Quid
frequen
in Alta
qui sæp
Biblia
nus Sen
vis Sac
fidera
bureur

dotis, qui per solenne votum casti-
tatis Deo consecratus, turpia adeò &
statui suo summè indecora peccata
patravit, hic procul dubio *de carne
metet solummodò corruptionem.*

Quid fiet de illis Sacerdotibus,
quorum *Deus venter est*, quique ni-
hil magis curant, quàm gulæ inor-
dinatas illecebras? Putas æqualiter
hæc peccata in Sacerdote & Laico
iudicanda? falleris: *Ebrietas in Laico
crimen est, in Sacerdote sacrilegium:*
ait s. Petrus Chrysologus.

Quid fiet cum Sacerdotibus, qui
frequentiores in mensis lusorū, quā
in Altaribus, templorum fuerunt,
qui sæpiùs chartifolia, quàm sacra
Biblia pertractârunt? S. Bernardi-
nus Senensis omnes lusores: *Demo-
nis Sacerdotes* appellavit. Hinc con-
sidera, qualiter in Dei iudicio voca-
buntur, quomodo tractabuntur illi



Sacerdotes, qui dies noctesque in
ludendo consumpserunt?

Quid fiet de Sacerdotibus, qui
propriis imò Ecclesiæ proventus in
vanitates, luxum, & peccaminosos
usus profundunt? Quid fiet de Sa-
cerdotibus scandala præbentibus,
de avaris, usurariis, & simoniacis?
Procul dubio dicetur ipsis à Deo
illud terribile: *Nescio vos, nec in
æternum faciem ejus videbunt.*

Sacerdos Dei, his ritè perpensis,
examina temetipsum, & si te reum
agnoscis, toto corde compunctus à
Deo Judice nunc veniam implora.
Cùm tenes illum in manibus tuis ad
Altare, coneris offensam Majestati
dolore, ac lacrymis tuis placare.
*Horrendum est incidere in manus Dei
viventis, nunc, cùm Deus in manus
tuas descendit, tempus est, ut tuæ
animæ negotium cum ipso peragas*
de


de præte
pro futu
& ab om
mittend

C Onfi
cerdo
mixta sac
pende, c
cio san
Concili
Necessa
pus ade
si fide
consequ
dari æt
& vene
Concili
rifici
venera
votione
Et s. Jo

de præteritis verè pœnitendo, & pro futuris vitam Sacerdote dignã, & ab omni macula mundam appro- mittendo.

C A P U T II.

Confidera iudicium, quod fiet Sa- cerdotibus circa Sacrosanctum missæ sacrificium. Et imprimis per- pende, quòd in terris non datur a- ctio sanctior & excelsior, hoc innuit Concilium Tridentinũ illis verbis: *Necessariò fatemur, nullum aliud o- pus adeò sanctum & divinum à Cbri- sti fidelibus tractari posse, & per consequens dicendum est, nullam dari actionem, quæ majori honore & veneratione peragenda sit. Idem Concilium prosequitur: Missæ Sa- crificium omnis religionis cultu, ac veneratione celebretur, exteriori de- votione, ac pietatis specie peragatur.* Et s. Joannes Chrycstomus loquens




de sacrificio missæ, ait: *Sacrificiū honore & veneratione plenissimū, addens, quòd, cūm Sacerdos in Altari celebret, cælum aperitur, & Angeli descendentes & Sacerdotem circumdantes facie ad terram prostratâ Sacramentū reverenter adorant.*

In die itaque particularis iudicii requiret Deus à Sacerdote, an attentè, reverenter, & debita devotione Sacrificia sua Altissimo obtulerit, an sacros ritus & Ecclesiæ ceremonias observaverit; verbo, an omnia pro tanto mysterio requisita ritè adimpleverit; quòd si reus fuerit inventus, qualem Deo excusationem afferre poterit?


Præterea cum huius Sacrificii summa dignitas requirat in ministro parem animæ munditiem, uti prætaetum Concilium admonet: *Quantâ maximè fieri potest cordis munditiâ*
 & pu-

& purita
 mus Jud
 tibus str
 Agnelli
 ritate &
 ad obla
 crificii
 terribile
 morem,
 oblation
 dines d
 Et cū
 cra My
 paration
 actus &
 pere, qu
 factus p
 ta habit
 Dominu
 examina
 fuerint
 dote ad



Et puritate; hinc est, quod Supremus Iudex exacturus sit à Sacerdotibus strictā rationē de pertractata Agnelli immaculati carne; & de puritate & munditie cordis, quibus ad oblationem tremendi huius Sacrificii accesserunt. O iudiciū Dei terribile, quantum mihi incutis timorem, ne in meorum Sacrificiorū oblatione requisita puritas, & mundities defuerit!

Et cū Sacerdos antequam ad sacra Mysteria accedat, congruā preparationem teneatur præmittere, & actus & cogitationes sanctas concipere, quibus seipsum excitet ad affectus pios, qui sunt veluti ornamenta habitationis, in qua suscipi debet Dominus Dominantium, hinc Deus examinabit in iudicio, an hæc omnia fuerint debitè & diligenter à Sacerdote adhibita. Tandem exiget etiā




à Sacerdote, an peractis divinis
Myfteriis debitam gratiarum actio-
nem pro tanto beneficio Sacerdoti
collato perfolverit.

Ex his omnibus colligere pote-
ris, quàm iure merito cum Magister
Avila audiviffet quemdam Sacerdo-
tem post suæ primæ missæ celebrati-
onem mortuum esse, responderit,
multum detulit ad Judicem.

Heu nos miserè Sacerdotes! si pro
prima missa, quæ solet tanta devo-
tione, & cordis compunctione ce-
lebrari, stricta adeò ratio Deo red-
denda venit, quid erit de tot cen-
tepis, & forsan millenis missis præ-
cipitanter, & absque debita præpa-
ratione celebratis? Nunc putamus
nihil esse faciùs, quàm missam ce-
lebrare, sed cum res ad trutinam
divini Judicii pervenerit, aliter no-
bis sentiendum fuisse videbimus.


Perpen-

Perpe
in iudici
Sacrifici
devotio
reveren
non so
munt in
digna c
tare acc
theatru
ceremo
incomp
unt, &
soliciti
vant; e
votio
stantib
procur
dicium
& qual
beant
Per



Perpende ulterius, quomodo erit
 in iudicio illorum Sacerdotū, qui
 Sacrificium adeò sanctum absque
 devotione, attentione, decore, &
 reverentia offerre præsumunt. Hi
 non solum non timent, neque tre-
 munt in Sacrificii oblatione; sed in-
 digna corporis compositione ad Al-
 tare accedunt, veluti Histriones ad
 theatrum: negligunt sacros ritus &
 ceremonias: suppellectili lacera, &
 incompta utuntur; verba degluti-
 unt, & interdum omittunt; solum
 solliciti, ut citissime missam, absol-
 vant; ex quibus absurdis, loco de-
 votionis, & venerationis, circum-
 stantibus ludibrium & scandalum
 procuratur. Serio cogita, quale iu-
 dicium similibus Sacerdotibus fiet,
 & qualem causæ suæ exitum sibi de-
 beant polliceri.


Perpende insuper, quid ille Ju-
 dex,



dex, in cuius conspectu stelle non sunt
 munde, de his Sacerdotibus iudi-
 cabit, qui quasi Judæ novelli con-
 scientiâ gravi peccato maculatâ ad
 sacrificandum accedunt, qui à do-
 mibus suspectis ad Altare Christi
 Domini impœnitentes transeunt,
 qui actu celebrantes ad objecta im-
 pura dirigunt aspectus? O scelus
 horrendum? utinam de te nec com-
 memoratio fieri posset? Cogita, qua-
 le iudicium similes maneat; & si ab
 hominibus prudentibus, & timora-
 tis mille pœnarum rei reputantur,
 quid de ipsis supremus Judex erit
 iudicaturus? Revelavit Christus s.
 Birgittæ, quòd quotiescunque Sacer-
 dotes gravi peccato maculati illum
 in Altaris Sacramento suscipiunt,
 toties ab ipsis irâ & furore plenus
 egreditur: *Ego egredior ut Judex
 iudicaturus, à sumente contemptus.*


O

O Ju
 coram t
 compar
 tæ Mala
 Sacerdo
 vestrum
 Eja tan
 assumite
 plos dig
 Tand
 erit de
 que ull
 prepar
 dunt, q
 glutien
 sacris v
 ti cum
 rident,
 de illis
 dumen
 lus, q
 miseri,



O Judex æterne, quid facies, cū coram te Sacerdotes adeò scelesti comparebunt? Ecce per os Prophetæ Malachiæ respondetur vobis o Sacerdotes: *Dispergam super vultū vestrum stercus solemnitatū vestrarū.* Eja tandem Dei sanctum timorem assumite o Sacerdotes, & vosmetipsos dignè & congruè emendate.

Tandem considera, quale iudiciū erit de illis Sacerdotibus, qui absque ulla reflexione, tantò minùs præparatione ad celebrandum accedunt, quasi ad frustum panis deglutiendum. Quid de illis fiet, qui sacris vestibus ad celebrandū induti cum circumstantibus garrunt, rident, & nugas loquuntur. Quid de illis, qui vix depositis sacris indumentis currunt ad circulos, ad lusum, & forsan ad his pejora? O miseri, quàm rigidè, quàm severè



vindicabit Deus tantam sibi à vobis ignominiam illatam.

Sacerdos respice vitã tuam, cura ut defectus à te in celebrando commissis agnoscas, & coram crucifixo Domino illos detesteris, nisi in æternum mavis perire.

C A P U T III.

Hic considera, quòd cùm Sacerdos obtinuerit à Deo potestatem non solùm in Corpus Christi verùm, sed etiam in mysticum, cùm possit à peccatis absolvere, quando à superioribus ipsi iniungitur, certum est, quòd fungens hoc Divino officio audiendi confessiones se subicit illi severo Iudicio, quod fiet à Deo de omnibus, qui aliquam iurisdictionem exercent: *Judicium durissimū his, qui præsumunt, fiet.*

Perpende itaque o Sacerdos Confessarie, quàm strictam sis Deo redditu-

diturus
 Penitent
 exercitiu
 in pote
 peccata
 Quis pot
 lus Deu
 cere deb
 velle iud
 constitu
 dabile f
 Juxta
 rum vie
 ius à D
 potesta
 scio, si p
 manus o
 re. In
 summa
 hæc su
 stricti
 Ab h

diturus rationem de administrato
 Poenitentia Sacramento. Per hoc
 exercitium multum Deo assimilari
 in potestate; solvisti & remisisti
 peccata, quod proprium Dei est:
*Quis potest dimittere peccata, nisi so-
 lus Deus.* Idcirco illi rigori subiacere
 debes, quo protestatur Deus se
 velle iudicare illos, quos terræ Deos
 constituit. Vide ergo, quam formi-
 dabile futurum fit hoc Judicium.

Juxta communem sensum Docto-
 rum videtur non posse hominē ma-
 jus à Deo recipere donum, quam
 potestatem dimittendi peccata: *Ne-
 scio, si potest homo à Deo in hac vita
 maius accipere,* ait Hugo à s. Victo-
 re. In illo ergo tribunali, in quo
 summa habetur ratio dati & accepti,
 hæc super omnes Sacerdotalis actio
 strictius & rigorosius iudicabitur.

Ab his generalibus ad particula-
 ria

ria descendendo, perpende quelem
 à te rationem o Sacerdos Confessa-
 rie exiget Deus. Primò diligenter
 examinabit, an sufficienter laborasti
 ad acquirendam tibi scientiam ne-
 cessariam ad non errandum; an di-
 ligenter observaveris species, & nu-
 merum peccatorum, ut rectum de
 iis formares iudicium, & propor-
 tionatas iniungeres poenitentias, si
 promptus & facilis fueris ad audi-
 endos poenitentes, pro obtinenda
 absolutione ad te confugientes.
 Examinabit Supremus Iudex, an
 studueris, inducere induratos pec-
 catores ad cordis contritionem, &
 vitæ emendationem. An benevole
 & paternè instruxeris indoctos &
 rudes, an salubria & efficacia consi-
 lia præbueris habitatis in peccato
 ad eradicandas malas consuetudi-
 nes, an media opportuna suggesse-
 ris ad fugiendas, aut eliminandas
 peccandi occasiones. Truti-

Truti
 ter & ca
 contra p
 fillares
 néve teip
 bitam ad
 adhibue
 dis pecc
 modo p
 firmitati
 tuna ap
 tepidis
 Dei tim
 Tand
 quomoc
 fema: re
 misterio
 sem pr
 iniunge
 nitente
 à poeni
 inducer

Trutinabit insuper, an prudenter & cautè examinaveris materias contra puritatem, ne malitiam instillares innocentibus animabus, néve te ipsum contaminares. An debitam affabilitatē, & mansuetudinē adhibueris ad eliciendam à verecundis peccatorū confessionem. Quomodo procurasti spiritualibus infirmitatibus pœnitentium opportuna applicare remedia, quomodo tepidis fervorem, & cunctis sanctū Dei timorem ingerere studuisti.

Tandem rationem à te exiget, quomodo restitutiones honorum & famæ regulaveris, quod in hoc ministerio maximi momenti est. Qualem proportionem in pœnitentiis iniungendis observaveris, ne pœnitentes nimis gravando deterreris à pœnitentia, aut ipsis adulando induceres ad licentiam; an contēpto

pto quovis humano respectu denegaveris absolutionem, cum muneris tui ritè administrandi ratio id exigebat.

O quàm districtam Deo dabunt rationem Confessarii! Quis scit, an illi alios hic absolventes, semetipsos in Dei iudicio non condemnabunt? Quid tunc fiet cum illis, qui plùs ad propria, quàm animarù lura respicientes, onus audiendi confessiones indocti, & imperiti susceperunt, casus difficiles proprio Marte resolverunt, & animarum perniciem procurârunt. Quid fiet cum illis, qui propriis commodis vacantes, & labori parcentes cali claves in propriis manibus rubigine, ut ita dicam, corrodidi permiserunt? Quid cum illis, qui vulnera poenitentiu videntes, oleum charitatis non infuderunt, aut medicinam in toxicũ

con-

converte
& alioru
cuerunt.

Ex hu
mini Sa
audiend
enim in
cummo
constitu
nisteriu
lateres
gentes,
exoran
quæ ha
opus fu
Dei str
vosmec


Hic e
quæ
disquin
Ecclesi

convertentes, in ruinam propriam,
& aliorum salutis, munus suū exer-
cuerunt.

Ex hucusque dictis ne ita terrea-
mini Sacerdotes, ut à confessionib9
audiendis abstineatis, in gravius
enim incideretis iudicium, sed tan-
tummodò propositum indè vobis
constituite, hoc sanctum adèò mi-
nisterium debitis modis adimplere.
Interea præteritos defectus corri-
gentes, & lumen à Patre luminum
exorantes, emendatis in meliùs,
quæ hætenus minùs debitè, quàm
opus fuerat, operati estis, & ne in
Dei strictissimum iudiciū incidatis,
vosmetipsos nunc iudicate.

C A P U T IV.

Hic considerate maximum rigorē,
quo Deus utetur in Iudicio, cū
disquiret, in quos usus adhibuerint
Ecclesiastici partē patrimonii Chri-
sti,



sti, quâ potiebantur. Vobis autem
 in hoc puncto s. Bernardi doctrinã,
 & reflexiones proponam. In primis
 itaque dicit hic s. Pater, quòd pro-
 ventus Ecclesiastici sint pauperum
 patrimonia, fidelium vota, pecca-
 torum pretia. Et quamvis hi pro-
 ventus vobis sint applicati, non ta-
 men uti Dominis, ut pro genio ve-
 stro illos erogetis, sed uti Dispens-
 fatoribus ad normã Sacrorum Ca-
 nonum. Quapropter ait d. Thomas
 Aquinas: *Bonorum Ecclesiasticorum
 Clerici non sunt veri Domini, sed
 Dispensatores*, & addit d. Augustini
 auctoritatẽ, qui Bonifacio scribens,
 ait: *Non illa bona nostra sunt, sed
 illorum, quorum procuracionem geri-
 mus*. Ipsemet Apostolus Paulus Cle-
 ricos vocat Dispensatores, dicens:
*Queritur inter Dispensatores, ut fi-
 delis quis inveniatur.*

Hac

i. Hac præsupposita veritate, pro-
 greditur s. Bernardus dicens: Ve-
 stris ergo proventibus, o Ecclesia-
 stici, utimini non ad delicias, sed
 ad vestri statûs decentiam; hoc enim
 fundatur in: auctoritate Apostoli
 Pauli dicentis: *Qui servit altari, de
 altari vivere debet.* Non indulget
 Apostolus deliciari, sed vivere. De-
 betis ergo esse contenti mensa fra-
 gili, sed non licet vobis splendide
 sepulari cum amicis, & in recreatio-
 nibus, Christi & pauperum patri-
 monia profundere. *Contenti sint a-
 limenta corporis non irritamenta gu-
 læ accipere.* Potestis uti proventib9,
 ut decenter & modestè vestiamini,
 non autem pro vestibus pretiosis,
 & rara supellectili: *Quibus regan-
 tur, non quibus ornentur, ad honestâ
 necessitatem, non ad immodicâ ve-
 nustatem.* Addit autem s. Concil.

Trid.

EDITH

s autem
 doctrinâ,
 in primis
 ad pro-
 pterum
 pecca-
 ni pro-
 non ta-
 nio ve-
 Dispen-
 um Ca-
 Thomas
 licorum
 ni, sed
 agustini
 ribens,
 nt, sed
 m geri-
 lus Cle-
 dicens:
 , ut f-

Hac

Trid. copiam reddituum Clericis tribui, ut pauperibus succurrant, & Ecclesias ornent, sed non ut con-
sangvineos impingent.

Nunc perpendite, qualem in die
Judicii vestri rationem Deus à vo-
bis sit desuper exacturus. S. Tho-
mas à Villanova putat, quòd tan-
quam de furto iudicabitur ille Bene-
ficiatus, qui superfluos proventus in
pauperes non diffundit, sed in con-
vivia, in recreationes, in fabricas
non necessarias erogat, cùm Eccle-
siam sordidam, laceratq; videt, aut
foeminas quæstu corporis propriam
egestatē sublevare coactas observat.


Insuper perpendite, quàm severè
iudicabuntur, qui ausi sunt *sumere*
panem filiorum, & mittere canibus,
aut qui, proh pudor, Christi patri-
monium, sanguinem pauperū, Ec-
clesiæ dotem, in concubinarum ali-

menta

menta ero
malo non
mendation
tatis! in ev
damnatio
aut prate
Tribunal
bitur rati
Romana h
Tribunal
qui à reli
tiam pau
sue aliqu
spergit.
Confid
eto reditu
rigidè pro
ut non sol
sed qui al
Dei minis
severissim
manifesta

menta erogârunt. O miseri, si tanto malo non affertis remedia, & de commendatione vestra seriò non cogitatis! inevitabilis enim erit vestra damnatio; nec iuvabit excusationes, aut prætextus adducere: quia in Tribunali divino nulla de iis habebitur ratio, prout in Sexta Synodo Romana habetur, *nec aliquo se ante Tribunal Christi obstaculo muniat, qui à religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas, sine aliqua pietatis consideratione dissipergit.*

Confidera ulterius, quòd in puncto reddituum Ecclesiasticorũ adeò rigidè procedetur in Tribunali Dei, ut non solum, qui illos dissiparunt; sed qui absconderunt, & avaritiã Dei ministro indignã accumulârunt, severissimè castigabuntur. Et ratio manifesta est: quia Beneficia Ecclesiasti-




fiastica, non ideo fundata sunt, ut eorum proventibus arcæ repleantur; sed ut inter pauperes, & maximè domesticos erogentur.

Hinc ponderat s. Bernardus, quòd cum Ecclesiastici, & beneficiati coram divino Tribunali in die ipsorū iudicii comparebunt, ibidem invenient pauperes, & egentes debito auxilio fraudatos, qui contra illos Judicis ultionem implorabunt; & insuper, Deo sic disponente, aderunt pariter Fundatores Beneficiorum querulantes, & clamantes contra illos Ecclesiasticos, qui adedò iniustè derelictas ab ipsis substantias distribuerunt: *Venient ante Tribunal Christi, audieturque populorū querela gravis, accusatio dura eorū, quorum Clerici vixere stipendiis.*

S. Thomas à Villanova tantoperè illuminatus à Deo, & optimè noscens,

scens, qua
hac materia
solebat: p
fiasticum c
tibus bene
ri, ac si p
Secundò:
dicere, si
me tempor
cum uno fl
clesiæ mex
mata iud
me sepelit
bunal rect
que de illi
unicum flo
servant, n
uti debere
ditatem, &
tias affect
evidenti d
culo repe



scens, quàm rigidè procedatur in hac materia, duo memorabilia dicere solebat: primò, quòd idè est Ecclesiasticum cum pecuniis, ex proven- tibus beneficialibus cumulatis, mo- ri, ac si penes concubinam obiret. Secundò: sæpè solebat domesticis dicere, si æternus Judex Christus me tempore mortis meæ inveniet cum uno floreno de redditibus Ec- clesiæ meæ; animam meam pro da- mnata iudicate, & extra cœmeteriũ me sepelite. Sic aiunt, qui Dei tri- bunal rectè nôrunt. Quid fiet ita- que de illis Ecclesiasticis, qui non unicum florenũ, sed plurimos con- servant, non audentes illos erogare, uti deberent propter nimiam cupi- ditatem, & inordinatum erga divi- tias affectum? procul dubio tales in evidenti damnationis æternæ peri- culo reperjuntur.

K2


Tan-

Tandem exclamat s. Bernardus:
*Vae tibi Clerice, qui peccata populi
 comedis, bonum tibi erat magis fode-
 re, aut mendicare.* Hinc eruas hanc
 veritatem, quòd meliùs tibi est, non
 quærere Beneficia Ecclesiastica, ne
 in tantis periculis animam tuã po-
 nas, & tam rigido iudicio te subji-
 cias. Si autem Beneficia possides,
 impende proventus eorum uti de-
 bes, & quidquid antea perperam in
 similibus fecisti, excitet in te con-
 tritionem & pœnitentiam; pro fu-
 turo autem exactam reformationẽ.
 A superfluis expensis cave, Christi
 patrimonium fideliter dispensa, de
 tuis consanguineis ditandis ex-
 pelle à te desiderium. Tandem soli-
 citus esto tanquam rationem reddi-
 turus pro eis. Gemitus effunde, di-
 gnos age pœnitentiæ fructus, alio-
 quin, *Et tibi noveris imputanda, que*
 modo

modo inte
 vi pendis

M E
 De iudi

C Onfid
 reddit
 verbis pe
 erunt p
 iustitiæ.
 Ut au
 prehenda
 era Scrip
 labia, os,
 vino non
 chias dic
 esse plene
 endos La
 ad legem
 stodiunt,



*modò inter delicias contemnis & par-
vi pendis.*

MEDITATIO XII.

*De iudicandis in iudicio Dei verbis
Sacerdotum.*

CAPUT I.

Considera strictam rationem, quã
redditurus est Sacerdos Deo de
verbis peccaminosis, & qualis hæc
erunt ponderis in statera divinæ
iustitiæ.

Ut autem hanc veritatem com-
prehendas, perpende, quòd in Sa-
cra Scriptura, & à sanctis Patribus
labia, os, & lingua Sacerdotis, di-
vino nomine nuncupantur. Mala-
chias dicit labia Sacerdotis debere
esse plena divinæ scientiæ ad instru-
endos Laicos in iis, quæ spectant
ad legem Dei: *Labia Sacerdotis cu-
stodiunt, scientiam, & legem requi-*

rent de ore eius. S. Joann. Chry-
 stomus multis rationibꝫ probat ve-
 nerabilius esse os Sacerdotū, quā
 Veteris Testamenti propitiatorium:
*Os Sacerdotum, vel ipso quoque pro-
 pitatorio augustius atque honorabili-
 us existit.* S. Anselmus vocat os Sa-
 cerdotis os Christi: *Os tuū os Chri-
 sti est.* S. Bernardus dicit: *Os Evan-
 gelio consecratum,* & tandem sanctus
 Petrus Damianus lingvæ Sacerdotū
 dat titulum mediatricis inter Deū
 & hominem: *Lingua, quæ inter De-
 um & nos quodammodo mediatrix est.*

Nunc considera, quantum Sancti-
 tatis pondus in divinorū iudiciorū
 statera verba à tam sancto ore pro-
 lata esse debeant: & indē perpende,
 quā horrenda & terribili puniti-
 one, digna erunt verba peccamino-
 sa ex ore Sacerdotum prodeuntia.
Benè reflectant se Sacerdotes, ait d.

Joan-

Joannes C
 ximo deli
 fanantes
 gnis os a
 ant id co
 tum & q
 iis: Aud
 qui convi
 cogitante
 corent.


Perpe
 dicabun
 fuerunt
 apparue
 blasphem
 ctos, ver
 mendaci
 mitates
 simas.

Perpe
 Deo iud
 præterq

Joannes Chrysoftomus, super maximo delicto, quod perpetrant, profanantes verbis obscœnis, & indignis os adeo sacrosanctum: horreant id cogitando, & capiant, quantum & quale fiet à Deo iudicium de iis: *Audiant, qui obscœna loquuntur, qui convitia proferunt, ac horrescant, cogitantes quale os turpent ac dedecorent.*

Perpende etiam, quàm rigidè iudicabuntur illi Sacerdotes, qui posuerunt os suum in cœlum, nempe cū apparuerit ab ore ipsorum exivisse blasphemias contra Deum, vel Sanctos, verba iniuriosa, detractiones, mendacia, periuria, & similes enormitates Sacerdotali lingua indignissimas.

Perpende ulterius, quale fiet à Deo iudicium de lingua illa, quæ præterquam quòd mediatrix est inter




ter Deum & hominem, ipfimet Deo quodāmodo imperat per verba con-secrationis; & ſæpiſſimè pretioſiſſimo Chriſti ſanguine imbuta eſt, cū tam audacter turpiſſima & obſcœna verba profert. O lingua infernalis! quomodo per te loqui poteſt Deus! potiùs dici poſſet te eſſe membrum diaboli ad vilipenſionem dignitatis Sacerdotalis. O mi Deus, quomodo & qualiter cõparebunt in iudicio tuo tam nefandæ enormitates! Reflectite vos o Sacerdotes, quòd hæc omnia in iudicio Dei tota ſeveritate diſcutientur; & hæc cogitatio veſtras nimis lubricas linguas refrænet: *No-lite loqui adverſùs Deum iniquitatē, quoniam Deus Iudex eſt.*

Tandem examina te o Sacerdos, circa uſum, vel abuſum tuæ linguæ, & ſi à prædictis exceſſibus te ſentis immunē, Deo gratias age, qui gratiã

tiã ſuã
teipſũ
in ſimile
ducere.
diam vi
lingua n
ob non
tuam, li
medio,
veniam,
datione
Ut a
tuam r
poſſis, t
Deo de
rationem
dos, &
verba t
expedit
Conclu
gite Sa
tidie De

tiâ suâ te confortat, & magis magisq;
teipsû custodias ab omnib9iis, quæ
in similes Dei offensas te possunt in-
ducere. Dic, & fac semper: *Custo-*
diam vias meas, ut non delinquam in
lingua mea: Quòd si invenias te reû
ob non custoditam à malo linguam
tuam, lingvâ ipsâmet utere pro re-
medio, & à supremo Judice pete
veniam, & ipsimet appromitte emen-
dationem.

Ut autem in posterum linguam
tuam ritè custodire, & refranare
possis, seriò cogita strictam, quam
Deo de verbis tuis reddere debes
rationem. Cogita, quòd sis Sacer-
dos, & loquere ut Sacerdos. Sint
verba tua gravia, & matura, sicut
expedit venerabili ori Sacerdotû.
Concludo cum s. Augustino: *Sara-*
gite Sacerdotes, ut lingua, quæ quo-
tidie Dei Filium de cælo vocat in ter-



rā, contra ipsū Dominū non loquatur.

C A P U T II.

CONSIDERA, quòd Sacerdos non solum iudicabitur de verbis peccaminosis contra Deū, aut proximū prolatis, verūm etiā de otiosis. Et hic memineris decreti universalis à Deo omnibus intimati illis verbis: *Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.* Ad agnoscenda verò otiosa verba, hanc regulam dat Divus Gregorius illis verbis: *Quod necessitate caret, aut utilitate.*

Nunc perpende, quomodo in divino Tribunali de verbis Sacerdotū instituetur iudicium, cū Viri sanctitate conspicui tanto rigore de hisce verbis sentiant: & præcipuè s. Bernardus, qui ponderans facetias, jocos, & sales, qui recreationis causā à Sacerdotibus proferuntur, ait:

Inter

*Inter se
ore verò
ratio est.
sacri, &
lio dicat
similibus
tuū Evan
rire illic*


*Itaque
verbis ot
aded for
dicium,
etissimi,
Hanc pe
tuz cohi*

*O te r
ba otios
jocaris
nimam
tu aliis
tibus p
gatorius*

Inter seculares nugæ, nugæ sunt; in ore verò Sacerdotis blasphemia. Et ratio est, quia cùm os Sacerdotũ sit sacrũ, & Deo, atque ipsius Evangelio dicatum, ideò iniquum est illud similibus nugis, & jocis aperire. Os tuũ Evangelio consecrasti, talib9 aperire illicitũ, assvescere sacrilegũ est.

Itaque sic tecum discurre: Si de verbis otiosis Sacerdotum strictum adedò formatur in mente hominis iudicium, quid fiet in Tribunali sanctissimi, & iustissimi Judicis Dei? Hanc perpende veritatẽ, ut linguæ tuæ cohibeas lubricitatem.

O te miserum Sacerdotẽ, in verba otiosa & faceta proclivem! tu jocularis & ridet, & interea contra animam tuam processus compilatur; tu aliis recreationem tuis scurrilitatibus præbes, & interea ignis purgatorius tibi paratur.



Hisce tactus reflexionibus, cura,
 ut lingvæ tuæ præscribas regulas,
 quas à variis Doctoribus extractas
 tibi communicabo. Cogita, inquit
 s. Petrus Damianus, quòd tibi quæ
 Sacerdoti incumbit non solùm à
 verbis peccaminosis, sed ab omnib9
 superfluis, & munere tuo Sacerdo-
 tali indignis abstinere: *Sed etiam*
linguam, quæ inter Deum & nos, quo-
dammmodo mediatrix est, à supervacui
levitate sermonis compefcant. Memi-
 neris, ait s. Anselmus, quòd os tu-
 um os Christi est, & ideò non solùm
 mendaciis, & detractionibus aperi-
 ri non debet: *Os tuum os Christi*
est, non debes, non dico, ad mendacia,
non dico, ad detractionem, sed etiã
 ad quæcunque otiosa, supervacanea
 & scurrilia clausum, & solummodò
 Dei laudibus, & proximorum uti-
 litati, & ædificationi apertum esse
 debet:

debet: s.
 os aperire
 & ædificari
 tulum ha

Hic ex
 quàm lib
 lem cadis
 frictissim
 super à t
 emendare
 ut per g
 aperiatur
 in gloria
 ximi tui
 novans i
 mine cust
 cumstanti


C
 Onfid
 Sacer
 solùm de
 verbis iu

debet: *Sed nec ad otiosos sermones os aperire, quod ad solas laudes Dei, & edificationem proximi debes patulum habere.*

Hic examina temetipsum, & vide, quàm libenter & frequenter in similem cadis defectum; & recordare strictissimæ rationis, quæ Deo desuper à te reddenda erit. Statue te emendare, & Deum roga ferventer, ut per gratiam suam os tuum non aperiatur ad nugas, sed ad ea, quæ in gloriam ipsius, & in bonum proximi tui cedere possunt. Sæpè renovans illam iaculatoriã: *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis.*

C A P U T III.

Considera, quòd Iudex æternus Sacerdotes, & Ecclesiasticos non solum de otiosis, & peccaminosis verbis iudicaturus est; sed etiam de san-



sanctis, quæ proferre debebant, nimirum de vocali recitatione Officii Divini: *Cùm accepero tēpus, ego iustitias iudicabo;* hoc punctū magni momenti est pro Ecclesiasticis, quī horas Canonicas recitare tenentur, & in eo patens aperitur via ad plures considerationes.

Perpende itaque, quòd Sacerdos Divinum Officium persolvens, alloquitur Dominum infinitæ Majestatis, & ipsi laudis Sacrificium offert: *Dum psallimus, Deo nostro sacrificiū laudis offerimus;* ait d. Petrus Damianus; & ideò singularis attentio, & devotio, nec non corporis compositio talis requiritur, quæ Deum, cui loquimur, decet. Et hoc quidē primum erit punctum, quod in iudicio Dei discutietur.


Deinde perpende, quanto rigore procedet Deus in iudicio contra illos

los Eccles
ta devotio
paucā ad
ut, si cum
jorem est
tanquam
tur, sed
Tunc dico
eorū Isud
si porcorū
plūs dele
porcorum
Consi
tur illi, q
vinas, gar
tur, & int
miserent
cipe loqu
posset, q
jicere cu
Rex Reg
um in die
illos vene

los Ecclesiasticos, qui absque debita devotione officiū persolvunt, & paucā adeò attentione id peragunt, ut, si cum plebeio loquerentur, majorem essent adhibitori. Isti non tanquam laudantes Deū iudicabuntur, sed tanquam Deum irritantes. Tunc dicet Divinus Jūdex, se minùs eorū laudibus delectatū fuisse, quā si porcorū grunnitū audivisset: *Non plus delectatur, quàm in grunnitū porcorum;* ait Belluacensis.

Considera, quomodo iudicabuntur illi, qui dū laudes recitant Divinas, garrunt, murmurant, iocantur, & interdum discursus indignos miscent? si taliter cū terreno Principe loquerentur, vix se continere possent, quin ipsos per fenestras de-
 jicere curaret. Quid ergo fiet, cū Rex Regum & Dominus Dominantium in die furoris sui ad iudicandos illos venerit?

S.



S. Bernardus scribit maximè Desi
iniuriari ab illo, qui exaudiri à Deo
postulat, & vix, quod ipsemet pro-
fert, intelligit: *Magnam iniuriam*
Deo facio, cum deprecor illū, ut mihi
intendat, & ego nec mihi, nec illi in-
tendo. Hinc argue, quòd pœna tan-
to delicto æqualis decerneretur à Deo
contra Ecclesiasticos in officii Divi-
ni debita recitatione delinquentes.


Perpende ulteriùs, quòd in Tri-
bunali divino pariter discutietur,
an horæ Canonicæ congruo tēpore,
conformiter ad rubricas fuerint
persolutæ. Et ut aliquomodo rigo-
rem, quo Deus procedet in iudicio
hoc, percipias, cogita modum, quo
iudicatus fuit s. Severinus Archi-
Episcopus Coloniensis, qui post
mortem condemnatus fuit à Deo,
ut per triduum in igneo fluvio ar-
deret, ex hoc solùm motivo, quòd

vivens, &
nones
& hoc e
berum h
blicitis o
dis neg
tore, cu
commissa
Si hæc
deò veni
punita f
clesiastic
vo; sed t
lusibus,
bus nego
Divini o
posticip
Sacerd
ultra, ut
tiplicent
rigidè, a
minandu

vivens, omnes & singulas horas Canonicas manè semper perfolverat; & hoc eo fine, ut reliquum diei liberum haberet ad satisfaciendū publicis occurrentiis, & pertractandis negotiis, quæ sibi ab Imperatore, cui à consiliis erat, fuerant commissa.

Si hæc s. Severini culpa, quæ a deo venialis videtur, tam rigorosè punita fuit, quid fiet cum illis Ecclesiasticis, qui non ex gravi motivo; sed tantūmodò ut garritionibus, lusibus, venationibus, aut sæcularibus negotiis vacent, recitationem Divini officii, non anticipant, sed posticipant.

Sacerdos mi Frater non patiaris ultra, ut in Dei conspectu tuæ multiplicentur iniquitates. Examina te rigidè, antequàm in Dei iudicio examinandus compareas, omnes defectus,



ctus, negligentias & irreverentias, quas commifisti, & adhuc forsan in perfolvendis horis Canonicis committis. De cunctis verâ cordis compunctione veniam à Deo implora, & reflectas te, non tui similem, sed infinitæ Majestatis Dominum offendisse. Humilia te coram ipso, & emendationem seridè propone, ut in posterum possis dicere: *Psallam, & intelligam.*

C A P U T IV.

Considera, quòd sanctiora verba, quæ ab ore Sacerdotis proferrî possunt, sunt Divini verbi prædicatione. Illi ergo Ecclesiastici, qui munus prædicandi exercent, considerare debent, quòd singula ipsorum verba in concionibus prolata, in die iudicii ipsorum strictè debent examinari. Inquiret Deus, an verè Divinum verbum annunciaverint, ita,

ut quasi
locutus f
annunci
ritur ab
sanum, i
de se dic
catio me
mana sa
sione spir
ipsorum
non ad
dicand
cantes,
verba e
lutem; n
tutum a
destiâ
congruâ
tandè,
opere c
omibu
reddere

ut quasi per os eorum ipsemet Deus locutus sit? an verbum Dei ab ipsis annunciatum fuerit tale, ut requiritur ab Apostolo Paulo: *Verbum sanum, irreprehensibile.* Et ut ipse de se dicebat: *Sermo meus & prædicatio mea, non in persuasibilibus humane sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritûs & virtutis.* An verba ipsorum apta & congrua fuerint non ad seipsos, sed ad Christum prædicandum? *Non nosmetipsos prædicantes, sed Christum crucifixum.* An verba eorum unice ad animarum salutem, morum correctionem, & virtutum augmentum directâ; & modestiâ atque gravitate Sacerdoti congruâ pronunciata fuerint? An tandem, quod aliis prædicabant, ipsi opere compleverint; nam de his omnibus strictissimam Deo rationem reddere tenebuntur.

Per-

Perpende ulterius, quàm gravi-
ter punientur à Deo illi Conciona-
tores, qui non verbū Dei, non Chri-
stum crucifixū, sed semetipsos præ-
dicaverunt; qui vix aliquid in con-
cionib9 suis pronunciauerunt, quod
censurâ non indigeret: qui Cicero-
nem aut Demosthenem plūs imitari
curârunt, quàm in oraculis Spiri-
tūs sancti, & Ecclesiæ catholicæ, ac
ss. Patribus versari; qui fabulas
plures, quàm sacras Scripturas in
suis concionibus miscuerunt. O mi-
seri, quàm inutiliter in similib9 la-
borârunt! Verè araneo comparan-
di, qui semetipsū eviscerat, ut mu-
scas capiat.

Quid fiet in Dei iudicio de illis
Concionatoribus, qui projicientes
verbi divini rete non quæsiuerunt
morum correctionē; sed nummorū
extorsionem, & cathedrâ veritatis

in teloni-
tantes, E-
tē & fan-

Sacer-

feriò cor-

dare rat-

concione-

teriti de-

tur, & fi-

quales di-

mus fici-

bum De-

ex Deo c-

ME I

De iudic-


& cora-

CONFID

ticula-

erit ratio-

tis cogita-



in telonium negotiationis commu-
tantes, Evangelici muneris dignita-
tē & sanctitatē, adeò profanârunt.


Sacerdotes, verbi Dei ministri,
seriò cogitate, qualem Deo debeatis
dare rationem de verbis à vobis in
concione prolatis; curate, ut præ-
teriti defectus in posterū emenden-
tur, & firmiter proponite tales esse,
quales dicebat Apostolus: *Non su-
mus sicut plurimi, adulterantes ver-
bum Dei; sed ex sinceritate, sed sicut
ex Deo corā Deo in Christo loquimur.*

MEDITATIO XIII.

*De iudicandis mentis cogitationibus,
& cordis affectibus Sacerdotum.*

CAPUT I.

CONsidera, quòd si in iudicio par-
ticulari de omni verbo otioso
erit ratio reddenda, pariter de men-
tis cogitationibus Deus iudex: *Qui
est*



est discretor cogitationum, & intentionum cordis, examen rigorosum instituet, ne minimæ quidem cogitationes indiscussæ remaneant; ait d. Gregorius super verbis Matthæi Apostoli: Omnes capilli vestri numerati sunt.


Perpende itaque o Sacerdos, quòd in illa die severissimè discutitur, an cogitationes tuæ fuerint semper statui tuo congruentes; cū enim Ecclesiastici sint Deo consecrati, & ipsius cultui dedicati, in mentibus ipsorum omnis cogitatio ad officii Sacerdotalis debitam satisfactionem debet esse directa; & hoc denotat abrasio capillorū in vertice capitis facta, prout docet Hugo à s. Victore illis verbis: *Ut mentem ad superna contemplanda & desideranda liberam habere doceantur.*

Hinc est, ait d. Gregorius, quòd
Eccle-

Ecclesia
Deo mun
gvinis co
obsequiis
oculos à
mundus
etiam si
Ecclesiasti
cap. 8. L
nis sue.
totaliter
cogitatio
perfluis;
gustians
significat,
superfluas
vis Sacer
nihilomin
abentes e
de primis
sticis dix
non estis.

Ecclesiasticus cōparere debet corā
 Deo mundus ab omni carnis, & san-
 guinis cogitatione: *Is, qui in divinis
 obsequiis assumitur, debet ante Dei
 oculos à cunctis carnis cogitationibꝫ
 mundus apparere; & hoc mysticè
 etiam significat illud præceptum
 Ecclesiasticis factū in lib. Numer.
 cap. 8. Levita radat omnes pilos car-
 nis suæ. Unô verbô debet Sacerdos
 totaliter immunis esse ab omnibus
 cogitationibus vanis, otiosis, & su-
 perfluis; & hoc indicat etiã d. Au-
 gustinus illis verbis: *Caput radere
 significat, cogitationes terrenas &
 superfluas à mente refecare.* Et quã-
 vis Sacerdotes inter mundanos sūt,
 nihilominus à terrenis rebus mente
 absentes esse debent; & ita quidem
 de primis novi testamenti Ecclesia-
 sticis dixit Christus: *De hoc mundo
 non estis.**

Perpen-




Perpende itaque, quòd quemadmodum tenentur Sacerdotes propriam mentem cælestibus cogitationibus occupatam habere; ita in Tribunali Divino rigidum fiet scrutinium, an toto vitæ ipsorum tempore hanc obligationem adimpleverint. Multitudo innumerabilium fermè cogitationum, quibus mens nostra occupata fuit, quamvis nunc totaliter à memoria nostra exciderint; nihilominus in Dei archivo cuncta notata manent, ut suo tempore ratio à nobis super ipsis reddatur. Hoc ait Deus in Deuter: *Condita sunt apud me, & signata in thesauris meis.*

Perpende ulteriùs, si nunc ad Dei Tribunal vocarèris, ad rationē reddendam, qualibus cogitationibus mens tua repleta appareret; forsàn cogitationibus Dei, & rerum cælestium?

stium? ve
turpibus,
bus iræ &
superbia,
nibus sec
san à qu
quod min
nor, & tu
edificatio
mente tua
purissimis
Vocavi
tam Ezecl
rè super c
putas aut
Templum
pissimis ar
autem vis
voluit, qu
qui sunt t
nis, & à
uti ait su

ffium? vel millenis cogitationibus,
 turpibus, & indignis? cogitationi-
 bus iræ & vindictæ, cogitationibus
 superbix, & ambitionis, cogitatio-
 nibus sæcularibus, & terrenis? For-
 san à quo es Ecclesiasticus, id,
 quod minus cogitasti, fuit Dei ho-
 nor, & cultus, proximi utilitas &
 ædificatio. Quale ergo tremendū de
 mente tua fiet iudiciū, quando corā
 purissimis Dei oculis comparebis?

Vocavit semel Dominus Prophe-
 tam Ezechielem, ut ipsi monstraret
 rē super omnes abominabilē. Quid
 putas autem ipsi demonstraverit?
 Templum suum demonstravit tur-
 pissimis animalibus repletum. Hæc
 autem visio nihil aliud significare
 voluit, quàm mentem Sacerdotum,
 qui sunt templum Dei, plenā terre-
 nis, & à Deo alienis cogitationibꝰ;
 uti ait super hoc textu d. Grego-
 rius:



rius: *In reptilibus cogitationes omnino terrene significantur.* Quid tibi ergo expectandum est o Sacerdos, cum veneris ad Dei iudicium mente monstris adeò deformibus plenâ? Id tu ipse recogita. Interea ego tuo prospiciens commodo, teque ad pœnitentiam excitare studens, consiliû Spiritûs sancti tibi suggero: *Sume tibi gladium acutum,* nempe efficacẽ resolutionem, & mortificationem, *radentem pilos* tuarum nempe cogitationum vanarû, & inutilium, & *duces super caput tuum,* aufereudo nempe à mente tua quidquid Dei non est, aut ad Deum aliquomodo pertinere non vides; & sic animæ tuæ causam in Dei iudicio reddes securam.

CAPUT II.

PRÆTER examen cogitationum, etiã actionum intentio examinabitur.


Cer-

Certum est
ne nostra
rum etiam
deri: Si o
ait Christ
cidum erit
rit nequa
nebrosum e
Et o qu
& securab
sui lumina
rari inter
perficiet
Apostolu
mo Dei &
omni gladi
usque ad
tûs, comp
& discret
num cord
in rem h
Nunc

Certum est enim, quod ab intentione nostra pura, aut impura, nostrarum etiam operationum ratio dependet: *Si oculus tuus simplex fuerit, ait Christus, totum corpus tuum lucidum erit; si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.*

Et o quam subtiliter examinabit, & scrutabitur æternus Judex Divini sui luminis acie, an verè bene operari intendebas, cum aliqua opera perficiebas. De hoc certificat nos Apostolus illis verbis: *Vivus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad divisionem anime & spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis: Quæ verba à d. Anselmo in rem hanc explicantur.*

Nunc considera, quale scrutinium



erit de illo Sacerdote, qui *plantatus in domo Domini, in atriiis domus Dei nostri*, ut in omni actione, & operatione sua Dei gloriam, & animarum salutem intendat, de eadem Dei gloria, & proximi salute nihil omnino curavit, sed perverso fine omnia in propria commoda, & utilitates direxit.

Considera, quod in tremendo Dei iudicio scrutandæ venient primæ tuæ cogitationes de assumendo statu Ecclesiastico; quapropter examinabitur, an intentio tua directa fuit ad majorē Dei gloriam, & obsequium, vel ad tuas majores commoditates.

Tunc etiam diligentissimè perpendetur, qua intentione suscepti Sacerdotii munia exercueris, & an labores tuos in Ecclesiæ famulatū, vel solummodò ad meliorem tibi procurandam conditionē direxeris;


an

an compa
Christum
riores, ut
verbo: A
vel ex an
tum Eccl
veris.

Tunc
tione acc
scilicet s
an stiper
bitur, q
suscepit
quam g
ac divin
tonderes
commo
minabit
milix s
licet, u
tem sus
tem tot

an comparaveris tibi meritum apud Christum, vel gratiam apud Superiores, ut Sacerdotio ditareris; uno verbo: An ex devotione, & zelo, vel ex ambitione, & utilitate ad statum Ecclesiasticum elevari procuraveris.

Tunc examinabitur, quali intentione accessisti ad sacrum Altare, an scilicet sacrificium Deo oblaturus, an stipendia lucraturus. Examinabitur, quâ intentione curâ animarū suscepisti, an nimirum, ut eas tanquam gregis tui oviculas duceres, ac divino verbo pasceres; vel ut eas tonderes, ut lanam, & lac pro tuis commoditatibus accumulares. Examinabitur, quali intentione illi Familix succursum præbueris, an scilicet, ut honorem ipsius periclitantem sustineres, vel potius ut labentem totaliter opprimeres. Exami-




nabitur, quali intentione sedē confessionalem frequentasti, an, ut animabus merita sanguinis Christi dispensares, vel ut à pœnitentib9 munerera exigeres.


Tunc scrutabitur Judex Deus, an verbum Dei annuñciaveris eâ purâ & rectâ intentione, quâ id fecerunt Apostoli: *Non in capturam auri & argenti, sed in capturam animarum,* ut ait d. Bernardus. Vel potiùs ut tuorum talentorum pompam faceres, & tibi ad præbendas, & dignitates Ecclesiasticas viam aperires. O Sacerdos, Sacerdos tibi agendū est cum Deo, qui omnia scit, omnia videt, omnia distingvit, & falli non potest. *Ipse enim, ut ait Apostolus, illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.*

Quòd si inveniet tuas intentiones minùs puras, & rectas fuisse, quali
 putas

putas rig
 Accusav
 fessionis
 cerdos
 in impe
 suis po
 non ele
 tur def
 quò De
 tra illo
 ipforu
 non el
 cum
 impur
 ne fecer
 cet ille
 vobis
 barum
 Nunc
 & ant
 ratus
 cãstus



putas rigore contra te procedetur?
Accusavit se semel in Tribunali confessionis magnus Dei Servus & Sacerdos Antonius de Colellis, quod in impertienda absoluteione uni ex suis pœnitentibus, mentem ad Deum non elevaverat, multumque angebatur desuper, sciens magnum rigorem, quod Deus procedet in iudicio contra illos Sacerdotes, qui in omnibus ipsorum actionibus, mentem ad Deum non elevant. Quid ergo fiet vobiscum o Sacerdotes duplices corde, impuri, & in omni vestra intentione facti? Quid vobis in iudicio dicet ille Dominus, qui districtè ad eum vobis iniunxit simplicitatem columbarum: *Estote simplices sicut colubæ.* Nunc desuper sermone vos reflectite, & antequam iudicii terribilis apparatus adveniat, emendate, quæ peccastis, & sermone in posterum animad-



vertite, quæ hucusque non cogitastis. In omnibus autem, quæ ad normam officii vestri, facturi estis, mentem imprimis ad Deum elevate, dicentes: *Domine, hæc pro te, & sola gloria tua.*


C A P U T III.

Considera, quòd non minùs exactum fiet scrutinium de affectibus cordis, quàm de mentis cogitationibus, ut appareat, an Deo fuerint uniti, quemadmodum exigit dignitas Sacerdotalis.

Et ut hoc meliùs intelligatur, pendende, quòd Deus ab omnibus hominibus requirit non partem, sed omnes & singulos affectus, & amores, qui à cordibus eorum exeunt; præcepit enim in Deuter. *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo:* Quia id debetur ipsi tanquam ultimo fini nostro, ad quem obligamur

mur omnes motus cordium nostrorum dirigere; & de hoc strictā requireret rationem Deus in singulorū finali iudicio.

Perpende itaque, quanto majori rigore sit examinaturus, an Sacerdotum affectus, & amores ad ipsum solum fuerint directi, cūm ipsis vel maximè incubuerit illum solum amare, illi soli servire; nam in eorū ordinatione protestati sunt se cunctis terrenis renunciare, & solum Dominum pro suæ hæreditatis parte habere. Quàm strictè & severè punietur ille Sacerdos, qui hoc non fuit operatus! nec ullā poterit pro se adducere excusationem, cūm obiectum ex natura sua adeò fuerit amabile, & actus amoris adeò homini connaturalis; & præterea Deus ipsi tanta auxilia suppeditaverit ad se amandum: imò infinitis propè



beneficiis illū cumulaverit, ut quasi necessitaretur tantum suum Benefactorem diligere.

Præterea perpende, quòd Deus se adeò zelotem monstravit in hoc quasi tributo à Sacerdotibus exigendo, ut à primæva institutione ordinis Levitarum, ordinaverit, ut Tribus Levi nihil proprii possideret; significans per hoc Ecclesiasticos terrenis rebus non debere esse addictos; sed cunctos cordium affectus soli Deo consecrare.

Hic ergo unusquisque perpendat, si Tribunali Divino præsentatus, respondere poterit se pro omnium affectuum & amorum suorum scopo, Deum solum habuisse, quòd si invenerit se aliis affectibus, & amoribus occupatum fuisse, seriò pœniteat, & de præteritis dignam pœnitentiã agens, studeat in posterum adimplere

plere m
Que sur
sunt sap

Perpe
proced
dotes, c
culam c
sed sola
runt; q
quàm l
Deū vī
posuer
na re
inspira
Deus a
fans, se
nation
verrin
li mi
dieba
tur. I
Deus

plere monitum d. Apostoli Pauli:
*Quæ sursum sunt querite, quæ sursum
 sunt sapite, non quæ super terram.*

Perpende insuper, quàm rigidè
 procedet Deus contra illos Sacer-
 dotes, qui ne minimam quidè parti-
 culam cordis sui Deo præbuerunt;
 sed sola terrena, & transitoria curâ-
 runt; qui magis honorem propriû,
 quàm Dei gloriam amârunt, qui
 Deû vilissimo lucro temporali post-
 posuerunt. Istis tantò gravior pœ-
 na reservatur, quò diutius divinis
 inspirationibus restiterunt. Stabat
 Deus ad ostium cordis ipsorû pul-
 sans, sed non nisi repulsas, & obsti-
 nationes reportabat; & etiamsi te-
 nerrimis vocibus diceret: *Præbe fi-
 li mi cor tuum mihi*, nunquam exau-
 diebatur, sed potius contemneba-
 tur. Meritò itaque severissimè aget
 Deus in iudicio contra istos, qui

verterunt ad eum tergum & non faciem, & prout ipsemet dixit per Jeremiã: *Vicissim dorsũ & non faciẽ ostendet eis in die perditionis eorum.*


C A P U T I V.

Considera, quòd unus ex majoribus defectibus Ecclesiasticorum est inordinatus affectus ipsorũ erga sibi sanguine coniunctos, & propterea super hoc puncto exacta fiet investigatio in Tribunali Divino.

In lege antiqua mos erat, ut quicumque ministerium sacrum assumeret, solemniter suorum consanguineorum inordinato affectui renunciaret, & proprio Patri & Matri diceret: *Nescio vos.*

S. Ambrosius ait, hanc esse verã separationem, & segregationẽ statũs Sacerdotalis à statu sæculari, nimirum absque affectu incongruo proprios domesticos, & coniunctos respice-


spicere.
dotem d
foli Deo
se abne
Hinc ali
clesiastic
Extrane
& peregr
Quam
illi Eccl
non imp
aut con
cto Dei
posthab
totaliter
miserabile
cerdote
tum est
illis ver
magis h
Simile
Sacerd



spicere. Et idem sanctus ait, Sacerdotem debere se suis denegare, & soli Deo se præbere: *Ut suis etiam se abneget, qui Deo servire gestit.* Hinc aliquis ingrediens ordinem Ecclesiasticum intra se dicere debet: *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.*

Quam severè igitur iudicabuntur illi Ecclesiastici, qui debitum hoc non impleverunt, imò ne Parentibus, aut coniunctis displicerent, neglecto Dei honore & animarum salute posthabita, rebus temporalibus se totaliter immerferunt. Severum & formidabile fuit iudicium Dei cum Sacerdote magno Heli, uti antea dictum est; & rationem habemus in illis verbis ex primo Regum: *Quia magis honorasti filios tuos, quam me.* Simile sibi expectent iudicium illi Sacerdotes, qui consanguineorum

com-



commoditatibus, priorū munio-
rum impletionem postposuerunt.

Sacerdos, qui ad eò tuis addictus
es consanguineis, ut propter illos
sæpè tuam profuitas dignitatē, vi-
de, ne adductus ad Divinum Tribu-
nal, tibi exprobetur: Honorasti
nepotes tuos, cognatos tuos, plus
quàm me, ideo partem non habebis
mecum, sed cum reprobis æterno
igne punieris.

Præterea ut magis agnoscas, quã
rigorosè procedetur in Divino Tri-
bunali, considera id, quod revela-
tum fuit s. Ludgardæ, nimirū, quòd
Innocentius III. Summus Pontifex,
quamvis Universalis Ecclesiæ zelo-
fissimus Pastor & raris virtutibus
ornatus, nihilominus vix ad infer-
num damnatus non fuit propter in-
ordinatum affectum erga consangui-
neos suos. Si itaque Summus Sacer-
dos

dos alias
periculo
propter
coniunc
dotibus
succurr
dignas p
lis Eccle
neos sp
Ecclesiæ
spoliam
Ecclesi
proven
orum
carnem
va illis
Tribun
illos n
tenti n
gere p
de ma
ergo u

dos aliàs tam pius, & religiosus, in periculo æternæ damnationis fuit propter excessivum affectû erga sibi coniunctos, quid fiet de illis Sacerdotibus, qui ut suis consanguineis succurrant, ætiones Sacerdotio indignas perpetrant? Quid fiet de illis Ecclesiasticis, qui ut consanguineos splendidos reddant, altaria & Ecclesias proprias ornamentis suis spoliant? Quid tandem fiet de illis Ecclesiasticis, qui in distributione proventuum Ecclesiæ, vel Beneficiorum collatione non aliud, quàm carnem & sanguinem respiciunt? væ illis, qui hac pice infecti coram Tribunali Divino comparebunt; non illos nepotes vel consanguinei à potenti manu Dei defendere, & protegere poterunt, nullus enim est, qui *de manu sua possit eruere.* Cogitet ergo unusquisque se nullum habere
magis

magis coniunctum, quam animã suã; hæc ergo in salvo ponenda est, nec periculo exponenda, ut emolumentis suorũ prospiciat. Ipsos iuvare, opus est charitatis, sed ita cautè & providè, ut per hoc nullum statui Sacerdotali, & ipsius obligationib9 præiudicium fiat. Examina teipsũ, & si te in similibus reum repereris, dignos fac pœnitentiæ fructus; & ne in posterũ similia perpetrare tibi contingat: *Obliviscere populum tuũ, & domum Patris tui.*

MEDITATIO XIV.

De iudicandis omissionibus Sacerdotum & Ecclesiasticorum.

CAPUT I.

CONsidera, quòd in severo examine vitæ tuæ in particulari iudicio faciendo non solùm ponderabitur bonum & malum, quòd unusquis-


quisque facere, o
illud bonu
facere, o
as, quòd
tùm con
curritur
Perpe
exigetur
tate anim
primis a
tempus,
fuit, tan
ut virtu
reres; tu
sumpsisti
pus. Sis
gulis mo
orio, str
Mand
diolanen
ne suæ I
quireretur

quisque fuerit operatus, sed etiam illud bonum, quod, cum potuisses facere, omisisti, & pro certo haberas, quod æterna damnatio non tantum commissione, sed simplici incurritur omissione.

Perpende itaque, quod ratio à te exigetur de bono, quod pro utilitate animæ tuæ facere neglexisti. Imprimis autem examinaberis circa tempus, quod tibi à Deo concessum fuit, tanquam pretiosus thesaurus, ut virtutis & gloriæ meritum acquireret; tu autem otioso illud consumpsisti: *Vocavit adversum me tempus.* Sis autem certus, quod de singulis momentis à te consumptis in otio, strictam dabis Deo rationem.

Mandavit s. Archiepiscopus Mediolanensis Carolus, ut in visitatione suæ Diocesis diligentissime inquireretur: *In quibus rebus Clerici*

rem-




tempus insumerent. Quid putas ergo fiet in visitatione zelantissimi Pastoris animarū Jesu Christi. Certō certius vocabit adversū te tēpus.

Perpende, quōd dum Sacerdotes, & Ecclesiastici super hanc veritatē nullatenus se reflectunt, sūmo Ecclesiæ sanctæ dolore advertitur, quōd *dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum*: Nullū enim est forum, in quo plures Sacerdotes otio dediti non conspiciantur; non est recreatio, ubi aliquis Clericus non assistat, non est popularis aliqua festivitas, in qua plures non interveniant Sacerdotes, interdum etiam, quæ sunt muneris sui negligentes.


Quid poterunt ii respondere æterno Judici, cū fremens irā interrogabit illos: *Quare tota die fuerint otiosi?* Non erit ipsis possibile di-

le dicere
quia cū
adscripti
ad prop
nem, &
famulatu
Solicitud
ventes, L
allegare
litate;
ad prop
tem mo
de quor
cerdote.
genio, &
cū aut
ria & an
lemcunc
recusan
Augusti
ut fera
Deus ac



le dicere: *Quia nemo nos conduxit;*
 quia cū fuerint Clericali militiæ
 adscripti, eo ipso conducti fuerunt
 ad propriæ perfectionis acquisitio-
 nem, & assiduum Divinæ Majestatis
 famulatum, uti aiebat Apostolus:
Solicitudine non pigri, spiritu fer-
ventes, Domino servientes. Similiter
 allegare non poterunt virium debi-
 litatem; nam ad Dei servitium, &
 ad propriæ conservationis sanctita-
 tem modicæ vires sufficiunt. Dein-
 de quomodo se excusabunt illi Sa-
 cerdotes, quibus labor placet, ut
 genio, & comodo suo indulgeant;
 cū autem de procuranda Dei glo-
 ria & animarum salute agitur, qua-
 lem cunque vel minimum laborem
 recusant. Contra hos exclamat s.
 Augustinus, dicens: *Delectat labor,*
ut fera capiatur, & non delectat, ut
Deus acquiratur.

Quid



Quid ergo fiet cum istis in Divino iudicio? Procul dubio habent, quod contremiscant, & timeant se ab æterna mercede excludendos. Considerent, quòd Episcopo Laodiciæ, quia tepidus erat in operando, minatus est Deus illū à se expellere: *Quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo.* Apocal. 3. Quid ergo erit in Tribunali divinæ iustitiæ expectandum ab illo, qui non solū tepidus, sed negligens in bonis operibus fuit? Si Dominus minatur ejicere à domo & famulatu suo illū, qui servit quidem, sed cum tepore, quantum timere debebunt servi otiosi dediti, & omnem laborem pro Deo, proximo, & propria salute respicientes?


Perpende insuper, quòd Dominus rationem exiget à Sacerdotibus de cunctis bonis neglectis, & omis-

lis;

sis; exam
genti cau
termiseri
& Eccles
tat, sem
rum tan
nienti u
omissis h
servatis
non pro
alibus,
cris exh
ter acqu
Tand
xiget ra
ctrina, o
runt, cu
tius san
Dionysi
nymis
lachiz c
stodiene

sis; examinabit, quoties absque urgente causa missam celebrare pretermiserint, privantes per hoc Deū, & Ecclesiam honore, qui inde resultat, semetipsos & animas defunctorum tantā ex illo sacrificio proveniente utilitate; rationem exiget de omissis horis Canonicis, de non observatis ieiuniis Ecclesiasticis; de non procuratis sibi auxiliis spiritualibus, quæ ex concionibus, & sacris exhortationibus sibi abundanter acquirere potuissent.

Tandem perpende, quòd Deus exigit rationem de scientia, & doctrina, quas sibi procurare neglexerunt, cum Sacerdos debeat esse: *Totius sanctæ scientiæ peritissimus*, ait Dionysius Arcopagita. Et s. Hieronymus explanans illum textum Malachiæ cap. 2. *Labia Sacerdotis custodient scientiam*, ait: *discamus Sacerda-*



cerdotē doctum esse debere; & s. Gregorius Papa ait: Non debere Sacerdotē ex defectu doctrinæ, erroris esse capacem: quia constitutus est à Deo, viam errantibus demonstrare.

Hinc sequitur, quòd omnes errores occurrentes in sacro ministerio, & ab exigua Sacerdotū scientia procedentes, in Dei iudicio debent rigidissimè examinari.

Sacerdos negligens in bene agendo temetipsum coram Deo examina, & vide quantum temporis otiano consumpsisti, vel malè impendisti, & in rebus futilibus dissipasti, & scias cuiuscunque illius temporis momenti, quò thesauros cælestes tibi poteris comparare, à te rationem Deo esse reddendam. Perpende, quoties id facere omisisti, ad quod ex præcepto tenebaris: *Quanta bona pro anima tua facere, quam*

tam

tam perfectionē acquirere potuisti: quantas occasiones, & commoditates tibi à Deo concessas neglexisti; & scias de omnibus his à te rationē esse reddendam. Perpende tandem; si scientiam circa res ad officiū tuū spectantes acquirere neglexisti, & solummodò propriæ commoditatis, cupiditatis & malitiæ studio incubuisti, scias de his omnibus à te Deo rationem esse reddendā. Itaque antequam corā tremendo illo Tribunali compareas, vide, ut penitentiā, dolore, & lacrymis transactos errores emendes.

Inde seriò propone otium evitare, tempus in iis, quæ sunt ad Dei gloriam & tuæ animæ salutem sedulò impendere, & media, atque occasiones, quas tibi interdum Deus offert pro tuæ animæ emolumento, nunquam negligere, sed toto animi conatu

natu majorē semper tui perfectionē,
 & Sacerdotalis officii opportunam
 scientiam tibi comparare; & sic tuā,
 proximique animam poteris lucrari.
*Attende tibi & doctrinæ, hoc enim
 faciens & teipsum saluum facies, &
 eos, qui te audiunt;* ait Apostolus 1.
 ad Tim. 4.

C A P U T II.

Considera, quòd factâ discussione
 boni à Sacerdotibus neglecti cir-
 ca propriam utilitatem, discutientur
 negligentiz ipsorum circa auxilium
 proximi. Et hic perpende strictam
 rationem à te dandam Jesu Christo
 Judici tuo, ob neglecta, tam spiri-
 tualis, quàm corporalis misericor-
 diæ erga proximos tuos opera.

Hic te mente constitue coram Deo
 Judice tuo, & oculis præ confusio-
 ne in terram demissis, seriò cogita,
 an verè opera misericordiæ erga
 pro-

proximum
 gita, quot
 erogare p
 ties unice
 tione ali
 poteris,
 ditatem a
 poteris, d
 riclitanti
 commodu
 unò verb
 te pro a
 ipsis resp
 Quid
 dos, Judi
 me si pos
 tus, qui
 Respon
 do te vid
 aut infirm
 Nullaten
 quia opt


proximum tuum prætermiseris, cogita, quoties pauperi eleemosynam erogare poteras, & non fecisti; quoties unico verbo, aut recommendatione aliquem miserum sublevare poteras, & non fecisti; quoties nuditatem alicuius familiæ cooperire poteras, & non fecisti; quoties periclitanti pudori succurrere tibi commodum fuerat, & non fecisti; unô verbô, quoties proximi tui ad te pro auxilio confugerunt, & tu ipsis respondebas: *Nescio vos.*

Quid tunc respondebis o Sacerdos, Judici animæ tuæ, & vel maxime si possides Ecclesiasticos proventus, qui patrimonia sunt pauperum?

Respondebis forsan: *Domine, quando te vidimus esurientem, aut nudû, aut infirmû, aut in carcere detentû?* Nullatenus hoc respondere poteris; quia optimè scis, & in Evangelio

M

legi-



legisti, & aliis insinuâsti, quòd quæ
sunt pauperi, ipsimet Christo sunt,
& quæ pauperi negantur, Christo
negantur.

Contremisce itaq; & reflecte te,
quòd hoc iudicium, & examen se-
quitur illud formidandum: *Disce-
dite à me maledicti in ignem æternũ.*
Confidera, quoties hanc sententiã
promeritus fuisti, & cor tuum ex-
cita ad præteritorum errorum con-
tritionem, & futuræ tuæ vitæ refor-
mationem.

Perpende ulteriùs, quòd, qui mi-
sericordiã impendit erga proximũ,
& ipsi in suis necessitatibus succur-
rit, optimè res suas pro futuro sui
iudicio disponit: *Qui miseretur &
commodat, disponet sermones suos in
iudicio, & Dominus protestatur se
misericordem cum misericordibus
futurum: Beati misericordes, quoniã
ipsi*

ipsi miseri
que si ani
ras, antec
reas, mis
peres, eg
cere null
Inde q
omnes Ch
sericordiã
magis hoc
dotibus,
esse debe
cùm enim
manus ip
crò oleò,
ricordiã
vat piissim
ricordiam
tur inunct
sericordes
esse oport
strictè ex

quod quæ
to sunt,
Christo
lecte te,
nen se-
Disce-
eternū.
ententiā
um ex-
um con-
æ refor-
qui mi-
roximū,
succur-
turo sui
erur &
suos in
atur se
ordibus
quoniā
ipsi

ipsi misericordiā consequentur. Ad eò-
que si animæ tuæ providere deside-
ras, antequam ad iudicium compa-
reas, misericordiæ opera erga pau-
peres, egenos, & miserabiles exer-
cere nullatenus negligas.

Inde quoque perpende, quòd si
omnes Christi fideles tenentur mi-
sericordiæ opera exercere, tantò
magis hoc facere incumbit Sacer-
dotibus, quibus plus quàm laicis curæ
esse debet, pauperibus subvenire;
cùm enim in ipsorum ordinatione
manus ipsorum inunctæ fuerint sa-
crò oleò, quod est symbolum mise-
ricordiæ erga proximum, ut obser-
vat piissimus Barrada, dicens: *Mise-
ricordiam oleum indicat, manus igi-
tur inunctas oleò non tenaces, sed mi-
sericordes, & erga pauperes liberales
esse oportet.* Hinc in Dei iudicio
strictè examinabitur, an Sacerdotes
M2 ritè

ritè & debitè hanc ipforum obligationem impleverint.

Si itaque misericordiæ operibus res animæ tuæ disponere potes, ut tibi in iudicio tuo prosperè succedat; & si uti Sacerdos id facere teneris, resolve te tandem hoc seriò adimplere. Non te pigeat aliquid de tuis proventibus in auxiliũ egenorum impendere; non sint manus tuæ clausæ; sed semper apertæ ad subveniendum pauperibus. O deplorabilem miseriam! clamabat Hugo Cardinalis: *Manus Sacerdotũ modò inunctæ sunt pice cupiditatis ad retinendum, quæ deberent esse inunctæ inunctione charitatis ad largiendum.*

C A P U T III.

Considera rationẽ, quã exigit Deus à Sacerdotibus de bono, quod pro beneficio animarum proximi sui operari neglexerunt; nam super hume-

humera
orbis spi
Eucheriu
tant hum
Sacerdot
auxilium
ctus, cun
Posuit su
de illa u
mabus a
tum sibi
neglexer
in die iu
Ut au
fias, com
lam à Cl
Matthæ
Domino
longinqu
isque fec
talenta
Licet

humeros Sacerdotū innititur totius orbis spirituale auxilium, ut ait s. Eucherius: *Onus totius orbis portant humeris sanctis.* Et de ipsismet Sacerdotibus quò ad proximorum auxilium loquebatur Spiritus sanctus, cùm ait per Regiū Prophetā: *Posuit super eos orbem.* Quapropter de illa utilitate spirituali, quā animabus afferre poterant iuxta talentum sibi à Deo concessum, quāque neglexerunt, strictissimā rationē Deo in die iudicii reddere debebunt.


Ut autem de hac veritate certior fias, commemora tibi illam parabolam à Christo propositam, & à s. Matthæo relatam, nimirum de illo Domino, qui discessurus in regionē longinquam vocavit Servos suos, eisque secundum propriam mensurā talenta distribuit.

Licet hæc parabola singulis fide-

libus applicetur, nihilominus uti
 explicant plures Sacri expositores
 specialiter Sacerdotibus & Ecclesi-
 asticis proposita fuit; cùm enim ipsi
 à Deo constituti sint sui coadiuto-
 res in procuranda animarum salute,
 & ipsis secundū cuiusque mensurā,
 talenta à Deo tradita sint, strictè
 examinabitur in iudicio particula-
 ri, quid de talentis fecerint, & an
 aliquod emolumentum ex ipsis pro-
 curaverint, vel tanquā pigri & oti-
 osi servi in terram foderint.

Perpende, quòd Sacerdos negli-
 gens in negotiatione sui talenti, in
 vanū se excusabit, asserens se pauca
 possedisse talenta, adeòque veluti in-
 habilē, saluti animarū non incubuisse;
 vana inquā erit hæc excusatio; quia
 quaecunque etiam minimū talentū
 sibi à Deo concessum negotiari, &
 aliquid superlucrari tenebatur. Si-
 militer


militer
 quòd suu
 tiatus fu
 impendi
 tum non
 impendi
 iustitiæ
 Perpe
 modo tu
 si vis reb
 li provi
 que tibi
 crum ali
 sic maxi
 Quia in
 multa re
 Domini
 Perpe
 Judex ri
 animas
 quot ad
 quot bo



militer se excusare non poterit, quòd suum talentũ licèt non negotiatus fuerit, attamen in malum non impendit; non enim sufficit, talentum non dissipasse, neque in malum impendisse, ut à rigoribus Divinæ iustitiæ se possit eximere.

Perpende ergo & scrutare, quomodo tua sis negotiatus talenta, & si vis rebus tuis in Divino tribunali providere, stude, ut de qualicunque tibi à Deo talento concessio, lucrum aliquod Deo offerre valeas; & sic maximo gaudio tibi dici audies: *Quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudiis Domini tui.*

Perpende ulteriùs, quòd æternus Judex rigidissimè examinabit, quot animas ad cælum dirigere poteris, quot ad perfectionis statum elevare, quot bono exemplo tuo ædificare,



& emendare poteris, & non fecisti.

Quot poteris Christi doctrinam, fidei rudimenta christianè vivendi methodum, vitia & peccata evitandi antidotum docere, & non fecisti. Talentum in terram fodisti. Vivam Dei imaginem, nempe proximi tui animam in luto peccatorum, in potestate dæmoniorum iacentem vidiſti, & tu, cui ex officio incumbabat illam liberare, non curâſti.

Cadit iumentū, ait s. Bernardus, & ipsius misereris, auxiliūque ipsi præbes; pereunt animæ, & tu inutilis spectator non nisi intueris: *Cadit asina, est qui sublevet: Perit anima, & nemo est, qui reputet.*

Hostes Jesu Christi semper proficiunt, nova occupant loca, & tu, qui militiæ Clericali adscriptus es, & stipendiis uberibus gaudes, non sumis arma zeli pro defensione.

Quid

Quid pr
iudicio
gularum
quásque
strictissi
tionem,
sepulto.
in die pa
ab Episc
cerdotib
quirenda
loquens
Spiritum
omnibus
ale præb
licet aliu
nihilomi
O Sac
biserip
te admo
li: Hor
tiam De

Quid pro hoc respondebis Deo in iudicio tuo? Certum est, quòd singularum animarum, quæ perierunt, quasque iuvare poteras, ne perirent, strictissimam Deo redditurus es rationem, veluti de talento in terra sepulto. Hinc ait s. Augustin. quòd in die particularis iudicii, non solū ab Episcopis, sed ab omnibus Sacerdotibus *sunt omnium animæ requirenda*, & s. Joannes Chrysostr. loquens de Sacerdotibus ait, ipsos Spiritum sanctum ideo recepisse, ut omnibus fidelibus auxilium spirituale præbeant; quòd si id negligunt, licet aliunde pii & virtuosi sint, nihilominus certò certius dānantur.

O Sacerdotes seriò tandē de vobismetipsis cogitate, & memento te admonitionis beati Pauli Apostoli: *Hortamur vos, ne in vacuū gratiam Dei recipiatis.* Unusquisque

vestrūm exerceat talentum sibi à Deo concessum, & qui concionari nequit, hortetur, consilia præbeat sancta, & Dei offensam pro viribus impedire contendat, ut prosequitur idem Apostolus: *Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum.* Et continuò intra se dicat cum eodem Apostolo: *Vae mihi si non evangelizavero.*


Solent Sacerdotes otiosi, & à servitio Divino alieni subtilitates adinvenire, dicentes: Solis Pastoribꝫ & curam animarum gerentibus verbum Domini proximis annunciare, & animarum sollicitudinem incumbere; simplicem autem Sacerdotem ad hæc non obligari; quòd si id faciat, opus merè supererogationis exercere. Ut autem similibus os obstruatur, id sufficit considerare, quòd in prima meditatione ponderatum

ratum
d. Grego
cogitatio
quid sci
dent, eò
dotari o
tèpestive
sèper co
à Deo in
subtilita
modo va
rius: Ta
sue para
est Judex
C
Onsid
Eccles
gerunt, &
ratio stri
dici redd
negligen
commisla

ratum fuit. Hortor autem eos cum
d. Gregorio Papa, ut à vanis his
cogitationibus abstineant, & quid-
quid scientiæ ac prudentiæ possi-
dent, eò dirigant, ut vitam Sacer-
dotali officio congruam ducant: Ut
tèpestivè res animæ suæ disponant,
sèper cogitantes, se iudicandos esse
à Deo infinitæ sapientiæ, corâ quo
subtilitates, & excusationes nullo
modo valebunt, & ut ait d. Grego-
rius: *Tantò subtiliores rationes vitæ
sue parare debent, quantò sapientior
est Iudex, quem sustinent.*

C A P U T IV.

Considerandi hîc remanent illi
Ecclesiastici, qui curam animarû
gerunt, & ipsis inculcanda remanet
ratio strictissima, quam supremo Ju-
dici reddere tenebuntur de omnib9
negligentiis in cura animarum sibi
commissarum ritè gerenda patratæ;



& ipsis intimanda veniunt verba Sapientix: *Judicium durissimum his, qui præsunt, fiet.*

Considerent ergo, & pro infallibili habeant, quòd de singulis sibi commissis animabus Deo rationem dare debebunt, uti ait Apostolus: *rationē pro animabꝯ vestris reddituri.*

De omnibus dixi animabus, non coniunctim, sed singillatim de singulis, *Omniū, quos regis, mulierū & puerorū, a te reddenda est ratio,* ait d. Joannes Chrysoctomus; idque tã exactã discussione, ut non majorem de propria anima daturi sint rationē.

Itaque Sacerdos, qui regis animas, seriò considera hanc veritatem, & cum d. Augustino pondera angustias & pericula, quibus in iudicio anima tua cruciabitur; si enim unusquisque strictam ad eò rationē de propria anima dare tenebitur, quid tecum

cum fe
naberis:
die iudi
dere, qu
à quibus
renda; n
quitar, t
& Eccle
pos, sed
stros Ec
sideranc
sanctur,
mendo
esse cog
Si ita
damnati
servate:
gregi.
Perpe
interrog
xerint,
tirparer

cum fiet, qui de tam multis exami-
 naberis: Si pro se unusquisque in
 die iudicii vix poterit rationē red-
 dere, quid de Sacerdotibus futurū,
 à quibus sunt omnium animæ requi-
 rendæ; nec solūm de Episcopis lo-
 quitur, sed de omnib9 Sacerdotib9
 & Ecclesiasticis: *Non solūm Episco-
 pos, sed etiam Presbyteros & mini-
 stros Ecclesiæ; & ipsis proponit con-
 siderandum maximum, in quo ver-
 santur, periculum pereundi in tre-
 mendo iudicio: In gravi periculo
 esse cognoscitis.*

Si itaque cupitis æternam evitare
 damnationem, monitū Apostoli ob-
 servate: *Attendite vobis, & universo
 gregi.*

Perpende ulteriùs, quòd à Deo
 interrogabuntur, an maturè corre-
 xerint, & castigaverint vitia, ut ex-
 tirparentur: An procuraverint pro
 viri-

viribus peccata impedire: An zelaverint pro salute, & emolumento gregis sibi commissi, & an eundem divini verbi pabulo diligenter nutritiverint. Quod si hæc facere omiserunt, quidquid animabus illatum est damni, quidquid scandali emerfit, totum ipsis imputabitur, quasi ipsi hæc fecissent. Omnium, quæ perierunt per negligentiam ipsorū; animarum requiret Deus rationē; & sic iudicati condemnabuntur velut si infideles fuissent: *Si quis enim suorum, & maximè domesticorū curā non habet, est infideli deterior*, ait Apostolus. O quot superiores Ecclesiastici, ait sanctus Isidorus, *pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantēs non erudiant, aut peccantes non corrigant.*

Nunc cogita, quid erit de illis, qui velut canes muti vident fures,
ani-

animas
humano
non valen
gi insidia
vitia, tot
dormient
est, quod
centibus
bunt; ait
illis, qui
næ nū
sibi com
dormiunt
per semin
tales ani
putabun
mortem
tes vident
Magn
Ecclesia
historiis
mirum q

animas rapientes, & ex timore, vel humano respectu tacent. *Canes muti non valentes latrare*, vident lupū gregi insidiantē, vident tot abusus, tot vitia, tot peccata, & ipsi dormiunt, *dormientes, & amantes somnia*; hinc est, quòd *cum omnibus, qui ipsis tacentibus perierunt, ipsi quoque peribunt*; ait d. Prosper. Quid erit de illis, qui collocati ad custodiā vitæ nil minùs curant, quàm animas sibi commissas; sed profundo somno dormiunt, donec *inimicus homo superseminavit zizania*; procul dubio tales animarum illarū homicidæ reputabuntur. *Tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi, & tacentes videmus*, ait d. Gregorius.

Magnum debet incutere talibus Ecclesiasticis timorem id, quod in historiis Ecclesiasticis refertur, nimirum quòd Lucifer, & ipsius aſſeclæ
dele-

delegârunt, qui gratias agerent Sacerdotibus Ecclesiarum & animarū Rectoribus, ex eo, quòd per ipsorū negligentias quotidie magna turba Christianorum ad infernum descenderet. Hæc satanæ gratiarum actio gravis erit accusatio Sacerdotum in Tribunali Divino, ut in die iudicii ipsorū à iusto iudice condemnentur.

O mi Deus illumina mentes illorū, qui curam gerunt animarū, ut hanc veritatem agnoscant. Tibi autem o Ecclesiastice, parū est vitam ducere bonam, nisi simul, ut talis sit subditorū vita, procuraveris. *Quid proderit tibi non puniri tuò, si puniendus es alienò peccatò,* ait d. Prosper.

Examina ergo temetipsum circa omnes negligentias, & omissiones tuas, illásque ad pedes crucifixi fervidis lacrymis defleas; sæpè etiã & atten-

attentè
super hu
rationem
dam. Ha
Sacerdot
animarum
his verbi
gotium
quod iust
quotidie
nostro ha

ME

De conf
li Sa

PRima
cerdot
ex eo, qu
tute, qu
tum est
ut illos n


attentè cogites magnū onus, quod super humeros gestas, & strictissimā rationem à te Deo desuper reddendam. Hanc praxim svadet omnib9 Sacerdotibus, & signanter curam animarum habentibus d. Gregorius his verbis: *Sacerdotes, pensemus negotium nostrum, pensemus pondus, quod suscipimus, faciamus nobiscum quotidie rationes, quas cum Judice nostro habebimus.*

MEDITATIO XV.

De confusione, quam patientur mali Sacerdotes in die iudicii.

CAPUT I.

Prima confusio, quā patientur Sacerdotes in die iudicii proveniet ex eo, quòd minori se præditos virtute, quàm Laici, visuri sunt; certum est enim, quòd æternus Judex, ut illos magis confundat, exponet ipsis



ipsis merita, & virtutes Laicorum,
 quas ipsi, dū viverent, neglexerunt.
 Sic enim ait Salvator: *Viri Ninivite
 surgent in iudicio cum generatione
 ista, & condemnabunt eam; Regina
 Austri surget in iudicio, & conde-
 mnabit eam; & quāvis sensus litera-
 lis significet Gentiles confusionem
 procuraturos Judæis; nihilominus
 sensus moralis denotat, uti advertit
 Hugo Cardinalis, Laicos & ipsas-
 met scēminas virtute præstantes, ma-
 los Ecclesiasticos & Sacerdotes sū-
 mo rubore & confusione fore affe-
 cturos. *Moraliter per Judæos Cle-
 rici, per Reginam, & Ninivitas mu-
 lieres & Laici designantur. Quan-
 tam itaq; patietur malus Sacerdos
 confusionem, videns inter electos
 tot rudes & ignaros, se autem cum
 tota sua scientia, & doctrina ad si-
 nistram cum reprobis collocatum!**


Quan-

Quanta e
 conciona
 las, rusti
 suum sal
 bis ad
 mnamum
 Perpe
 abuntur
 puri, cū
 virginit
 tam pati
 derint
 virginit
 Non mi
 Sacerdot
 vari, vid
 fto prov
 abdicaru
 Quant
 cerdotur
 sequio n
 lutem no

Quanta erit confusio Confessarii, & concionatoris videntis tot mulierculas, rusticos & Laicos per ministeriū suum salvatos, se autem cum reprobis ad æterna incendia condemnatum.

Perpende ulteriùs quantò cruciabantur pudore illi Sacerdotes impuri, cùm viderint tot Laicos lilia virginitatis illibata servasse. Quantam patientur confusionem, cùm viderint s. Casimirum cum iactura virginitatis à plius vivere recusasse. Non minorem sentient confusionē Sacerdotes superbi, ambitiosi, & avari, videntes Laicos, qui pro Christo provincias, scepra, & imperia abdicarunt.

Quanta tandem erit confusio Sacerdotum tepidorum, & in Dei obsequio negligentium, & proximi salutem non curantium, cùm ante se
vide-




videbunt Laicos interdum rudes & ignaros, qui Divini amoris igne exarserunt, qui Dei honorē zelârunt, & animarum saluti totis viribus incubuerunt, & interdum propterea contumelias, & persecutiones usque ad mortem sustinuerunt.

Procul dubio, ait d. Chryso-
stomus, maxima & inexplicabilis erit
eorum confusio: *Verè magna confu-
sio Sacerdotum, & omnium Clericorū,
quando Laici inveniuntur fideiores,
& iustiores, quomodo non sit confusio,
esse illos inferiores Laicis, quos etiã
esse æquales magna confusio est.*

Sacerdos seriò de te recogita, &
antequam in vallem Josaphat perve-
nias, erubescere & confundere de ma-
lâ tua conversatione; & ex quo De-
us tibi spatium emendationis indul-
get, & pœnitentiæ, veteres absterge
maculas, & meliorem vitã institue.


Per-

Perp
jori con
lùm Laic
lis & pe
inde ma
dorem p
pro Deo
na ipfor
tores, &
ne, & m
O qu
videbur
dentior
videbur
ta sustu
gnitatem
& vanit
tem Re
turpiss
stabitur
sustinue
tias acc



Perpende ulterius, quòd pro majori confusione Sacerdotes non solum Laicis virtuosis, sed etiam malis & perversis comparabuntur, ut inde majorem erubescenciam & pudorem patiantur, ex eo, quòd ipsi pro Deo non fecerint, & pro æterna ipsorum salute id, quod peccatores, & scelesti pro dæmone, carne, & mundo operati sunt.

O quàm magna erit confusio, dñ videbunt filios huius sæculi prudentiores fuisse filiis lucis. Tunc videbunt quantū desudaverit, quanta sustulerit ambitiosus, ut ad dignitatem, quæ nihil est nisi fumus & vanitas, perveniret; Sacerdos autem Regni cælestis acquisitionem turpissimè neglexit. Tunc manifestabitur, quantum curæ & laboris sustinuerit avarus, ut fallaces divitias acquireret; Sacerdos autē non
cura-



curavit sibi acquirere perfectionē,
 ut cælestes & æternos thesauros,
 ipsumq; Deū sibi lucrifaceret. Tunc
 patefiet, quā multūm constitit mi-
 sero luxurioso acquisitio brevis de-
 lectationis; omnia enim dispendia,
 omnes amaritudines, & curas susti-
 nuit, ut sine suo perverso potiret-
 tur. Sacerdos autē ut ad fruitionē
 Dei & æternæ beatitudinis perveni-
 ret, totus negligens, totus incurius
 fuit. O inexplicabilis confusio, o
 insupportabilis exprobratio, videre
 se à sceleratoribus mundi sequaci-
 bus superari!

Ab his considerationibus hunc
 tibi cape fructum, ut pro Deo, pro
 anima, & proximo tuo plūs operari
 fatagas, quā iniqui pro mundo, car-
 ne & diabolo faciunt. Et cū sis
 Sacerdos filius lucis, ne permittas
 te à filiis tenebrarum superari; &

ut

ut excites
 memora
 Deo servi
 sti, ut av
 llisque v
 ergo à De
 pisce, ut
 hac confi
 C

Hic tibi
 confu
 sustinend
 fiet iudic
 ipsos, &
 lumine ca
 Perpen
 iudicio Sa
 de quibu
 quod poss
 & curis n
 rebus, co
 assistebant

ut excites in te contritionē, commemora tibi, quā parūm fecisti, ut Deo servires, imō quā multūm egisti, ut avaritiæ, concupiscentiæ, aliisque vitiis incumberes. Implora ergo à Deo misericordiam, & respice, ut in die iudicii ab extrema hac confusione libereris.

C A P U T II.

Hic tibi propono considerandam confusionē à malis Sacerdotibus sustinendam, cū in valle Josaphat fiet iudicium comparativum inter ipsos, & idolorum Sacerdotes fidei lumine carentes.

Perpende, quòd tunc surgent in iudicio Sacerdotes idolorū Ægypti, de quibus scribit s. Hieronymus, quòd postpositis omnibus negotiis & curis mundanis, semotisq; sæculi rebus, continuò falsis ipsorum Diis assistebant, abiecti & ab omnibus sibi

sibi sanguine iunctis remoti, à templis suis nunquam recedebant; ita sensuum mortificationi dediti, ut non solum à carnibus & vino abstergerent, sed interdum usque ad tertiam diem absque ullo penitus cibo ieiunarent. Stratum ex palmarum foliis paratum erat, & pro cervicali frustum durissimi ligni supplebat.

Nunc perpende, quomodo apparebit vita mali Sacerdotis Christiani, prædictorum Sacerdotum vitæ comparata; qualem experietur confusionem ille Sacerdos, qui vitam penè sæcularem duxit, totus in negotiis & mundi curis immersus, assiduus in circulis & comædiis, Divini cultus, & sui muneris totaliter oblitus?

Quantum ruborem sentiet tunc ille Sacerdos, qui nimium suis sanguineis addictus fuit; qui voracitati,

citati, g
nisi recrea
titus ille
stinencia,
quid unqu
Certum
confusio, t
moralium
dotibus c
tur, qualis
ipsis æqua
res? Si non
ad pedes
tibi expre
& defectus
dare prop
tuo confor
re serio p
Perpende
fusione Sa
rum, ipsis
runt idolo


citati, gulæ & deliciis deditus, non nisi recreationes, delicias, & appetitûs illecebras quæfivit, nec de abstinentia, pœnitentia & ieiunio aliquid unquam audire voluit.

Certum est, quòd extrema esset confusio, si Christi Sacerdotes in moralium virtutum exercitio Sacerdotibus diaboli æquales invenirentur, qualis ergo erit pudor non solû ipsis æquales non esse, sed inferiores? Si non vis tunc confundi, nunc ad pedes crucifixi confundere, & tibi exprobra omnes negligentias, & defectus præteritos, & hos emendare propone; virtutes autem statui tuo conformes amplecti, & exercere serio promitte.

Perpende ulteriûs, quòd pro confusione Sacerdotû luxuriæ deditorum, ipsis ostendetur, quanta fecerunt idolorum Sacerdotes, ut puri-

N

tatē



tatē & castitatē illibatā servarent.

Surgent in iudicio Sacerdotes Athenienses, qui ut refert d. Hieronymus, cum ad Sacerdotiū promoverentur, amarissimum poculū, ex succo cicutæ, aliarumque herbarum bibebant, ut in ipsis libidinis incendium extingveretur. Qualis ergo pudor Sacerdotum Christianorum, qui ab omni mortificatione, & carnis afflictione abhorruerunt, qualis erubescencia & confusio illorum Sacerdotū, qui cibos delicatos, & generosa pocula adhibuerunt, ut cupiditatem accenderent.

Surgent in iudicio Sacerdotes Romanorum, qui adeo castitatem colebant, ut non solum caprinam carnem non ederent, sed nec nominare auderent, & quia hædera apud ipsos pro luxuriæ symbolo habebatur, illam nec tangere poterant, nec nominare

minare. M
fficientur
Christiani
pa inhon
sensūs ad
buerunt.

Nunc si
fusionem,
gita, deli
re, pedes
rè contri
non delin
non confun

C Onside
vino T
dotis, &
tis indig
rito, ut a
subjiatu
coram un
dotis deg

minare. Nunc considera, quantô
afficientur pudore illi Sacerdotes
Christiani, qui tã impudenter ver-
ba inhonesta proferre, & fœdiores
sensûs actiones admittere non eru-
buerunt.

Nunc si cupis tantã evitare con-
fusionem, de vitæ emendatione co-
gita, delicta à te commissa detesta-
re, pedes Christi Salvatoris tui ve-
rè contritus amplectere, & clamare
non desinas: *In te Domine speravi,
non confundar in æternum.*

C A P U T III.


Considera, quòd examinatã in Di-
vino Tribunali causã mali Sacer-
dotis, & ipso Sacerdotalis dignita-
tis indigno invento, imò sũmè me-
rito, ut æternæ diaboli tyrannidi
subjiciatur, tunc supremus Judex
coram universo mundo illius Sacer-
dotis degradationem instituet. Hoc

innuit sanctus Joannes Chrysoftom9
illis terribilib9 verbis: *In die iudicii
Sacerdos spoliabitur Sacerdotii di-
gnitate, & erit inter infideles; hoc
autē fundatur in minis à Deo per
Ezechielem factis: Denudabunt te
vestimentis tuis, tollent vasa gloriæ
tuæ, & dimittent te nudum, ignomi-
niâ plenum.*

Quòd si hæc degradatio, quæ in
hoc mundo fit adeò terribilis &
formidabilis est, ut timorem & tre-
morem circumstantibus incutiat,
quid erit de illa, quæ non corâ ali-
quot centenis, aut millenis homi-
nibus; sed coram universo humano
genere, coram omnibus Angelis, &
dæmonibus à supremo Iudice Chri-
sto fiet? Perpende, an talem poenâ
promeritus fueris, & inde cogita,
quòd si tale delictum commisisses, ut
degradari, & vivus comburi debe-
res,

res, qualem & quantam non tibi eligeres pœnitentiã, ut hanc pœnã, & confusionem evaderes. Nunc scis forsan te non unum, sed plura perpetrãsse delicta, quibus promeritus es, & degradationem in die Judicii, & ad æterna incendia condemnationem. Quare igitur tibi aliquid violentiæ inferre recusas, ut passiones tuas mortifices, dignam pœnitentiã agas, & tanta confusione temetipsum non obruas. Hanc veritatem seriõ recogita, ut, quæ securitati tuæ sunt necessaria, non intermittas.

Perpende ulterius circumstantias huius terribilis degradationis, ut clariùs intuearis confusionem per ipsam à misero Sacerdote sustinendam, inprimis autẽ recogita, quòd omnia delicta & peccata etiam foediora ita publicabuntur, ut omnib9 innotescant. Ita Deus minatus est



per Prophetam Nahum: *Ostendā gen-
tibus nuditatē tuam, & regnis igno-
miniam tuam, & projiciā super te a-
bominations, & contumeliis te afficiā.*

Quanta ergo erit confusio Sacer-
dotis summo pudore affecti coram
suis notis, & corā illis, qui optimā
de eo opinionem gerebant. Consi-
dera, ait B. Dionysius Carthusianus,
si illud turpe peccatū, quod tu scis,
cum omnib9 suis circumstantiis ali-
quot amicis tuis propalaretur, quan-
tam inde sentiret confusio? Qua-
lis ergo erit illa, quam patieris, dū
omnia peccata & delicta tua non co-
ram paucis, sed coram orbe toto
propalabuntur: *Quām intolerabilis
igitur & extrema erit confusio atque
afflictio de universis, & singulis culpis
coram tota universitate intellectu-
um creaturarum accusari, erubescere,
& confundi;* ait idem Carthusianus.

Hæc

Hæc con-
tori dolo-
illius, le-
cendia, u-
quentur
extremo
igni eter-
Si ita
evitare c-
des, nec
tes anim-
cere; ita
cio divi-
homo de-
celat, De-
Mi De-
dignatus
talem me-
ut, quod
ratus es,
Auxiliar-
mandata

Hæc confusio tantū incutiet peccatori dolorem, ut in comparatione illius, leviora futura sint inferni incendia, uti ait d. Basilius: *Plus torquentur iniqui peccatores pudore in extremo Judicio, quàm cum fuerint igni eterno traditi.*

Si itaque magnā hanc confusionē evitare cupis, vitā in meliūs emendes, nec te pudeat nunc deformitates animæ tuæ Confessario patefacere; ita enim faciens ipsas in iudicio divino occultas facies. *Quando homo detegit, Deus tegit; cūm homo celat, Deus nudat;* ait d. August.

Mi Deus, qui tam misericorditer dignatus es ad dignitatem Sacerdotalem me exaltare, non permittas, ut, quod pro gloria mea in me operatus es, vergat mihi in confusionē. Auxiliare mihi efficaci gratia tua, ut mandata tua nunquam transgrediar:

*Quia tunc non confundar, cum per-
spexero in omnibus mandatis tuis.*

CAPUT IV.

Considera, quòd post prædictam
turpissimam degradationē, ante-
quam divinus Judex Sacerdotē illū
dæmoniis cruciandum tradet, tanto
exardescet zelo & furore, ut verba
ex ore ipsius, quasi flamma ignis cō-
parebunt, uti per Prophetam Isaiā
dicitur: *Ecce Dominus in igne veniet
reddere in indignatione furorē suum,
& increpationē suam in flamma ignis;*
& quia iratus Judex extrema reum
confusione obruere volet, verba im-
properii, ignominix, & contumelix
plena ipsi intonabit, uti minatus est
per Prophetam Nahum: *Contumeliis
te afficiam.*

Considera, quòd post flammās ex-
probrationum, immediatē finalis
sententiæ fulmen sequetur: *Discedi-
te a*

te a me n

Perper

sionem in

bet ex hi

cas a me

aris meu

meam sp

tot bene

cerdotali

natus, el

in nom

æterna r

is in semp

ignem et

mceniora

gro, tu e

rticipatio

meis; nun

tus perp

pnatus.


O mis

fusio tua

te à me maledicti in ignem eternū.

Perpende, qualem faciet impres-
sionem in mente Sacerdotis quodli-
bet ex his verbis: *Discedite*, procul
eas à me tu, qui intimior, & famili-
aris meus fuisti, nec amplius faciē
meam speres intueri. *Maledicti*, tu
tot benedictionibus cumulatus, Sa-
cerdotali dignitate, & munere exor-
natus, electus ad aliis benedicendū
in nomine meo, nunc maledictione
æterna repletus, tua cum damoni-
is in sempiternū erit conversatio. *In
ignem æternum*. Tu vocatus ad a-
mœniora pascua in Ecclesiæ meæ a-
gro, tu electus ad quotidianā par-
ticipationem Corporis & Sangvinis
mei; nunc verò ad ignes & crucia-
tus perpetuos iusto iudicio conde-
mnatus.

O miser Sacerdos, qualiserit con-
fusio tua, cum familia auditurus es



verba? Quomodo torquetur cor
tuum, dum te dæmoniorum prædā
factum considerabis? Nunc hæc om-
nia maturè considera, & tremens
cum Job exclama: *Super hoc expa-
vit cor meum, & motum est de loco
suo; audiet auditionem in terrore vo-
cis eius, & sonum de ore illius proce-
dentem.*

O mi Deus! nunquam, precor,
fiat, ut hæc creatura sanguine tuo
pretiosissimo redempta, in manus
infernalis hostis tradatur. Non fiat,
ut ego Sacerdos & minister tuus, à
conspectu tuo in flāmas æternas pro-
jiciar. Peccavi quidem, peccavi, in-
fernum ideo promerui; sed tempus
adhuc est remissionis, & indulgen-
tiæ. Nunc non sedes mi Deus in
subsellio iustitiæ, sed in throno
misericordiæ; confugio ergo cum
fiducia ad tribunal gratiæ; veniam
posco,

posco, m
tuos amp
nisi bene

MEI

De pœ

en

C

Q Uema

Omne

autem o

dent gra

meritoru

differet a

postolus

inferno c

trocissim


tamen ne

mulctant

ritorum

torum, p

Quantum



posco, misericordiā imploro. Pedes
tuos amplector, nec illos relinqūā,
nisi benedixeris mihi.

MEDITATIO XVI.

*De pœnis, quas in inferno pati-
entur mali Sacerdotes.*

CAPUT I.


Quemadmodum Beati sunt quidē
omnes Dei Comprehensores, non
autem omnes eundem gloriæ possi-
dent gradū, sed iuxta cuiuscunque
meritorum exigentiam, *stella enim
differt à stella in claritate*, ut ait A-
postolus 1. ad Corinth. 15. ita in
inferno quamvis omnes damnati a-
trocissimis puniantur suppliciis; at-
tamen non omnes æquali cruciatu
mulentantur, sed pro ratione deme-
ritorum infliguntur genera tormen-
torum, prout habetur in Apocalyp.
*Quantum glorificavit se & in deliciis
fuit,*

fuit, tantum dare illi tormentum & luctum.

Hac præsupposita veritate perpende, quòd, qui graviores perpetrari sunt in inferno poenas, erunt mali Sacerdotes. Quod, ut clariùs appareat, sic tecum discurre: *Qui Domini sui agnoscit voluntatē, eique reluctatur, gravissimis poenis affici meretur.* Cùm ergo Sacerdotes maius, quàm Laici lumen habuerint ad agnoscendam Dei voluntatem, & eidem propriis peccatis contravenire ausi fuerint, hinc est, quòd rigidissimis poenis & cruciatib9 puniri eos debere, omnis æquitas & iustitia deposcit.

Et quidem hoc fiet, ut ait Christus per s. Lucam Evang: *Ille servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non fecit, vapulabit multis, nimirum prout explicat Cathusi-*

thustianus
nietur su
misit De
per anim
cerdotis
Macario
inferno p
attonitu
ibi existe
anima p
enim, q
ego lum
atrocitùs
O inf
los dam
torment
perabun
lim Chr
diorem
Præ om
mergen
cap. 35.



rum

per-
perpes-
erunt
clarius

Qui
atē, ei-
nis af-
rdotes

uerint
rem, &
trave-


rod ri-
9 pu-
tas &

Chri-
e ser-
Domi-
t mul-
Car-

uli-

thufianus: *Pluribus & graviorib9 pu-
nietur suppliciis.* Hanc veritatē per-
misit Deus manifestari s. Macario
per animam defuncti idolorum Sa-
cerdotis. Cū enim hæc anima d.
Macario explicasset pœnas, quas in
inferno patiebatur, & Sanctus, quasi
attonitus dixisset: ergo super omnes
ibi existentes cruciaris? Respondit
anima prædicta: talleris, Christiani
enim, qui dū viverent, majori, quā
ego lumine fuerant præditi, longē
atrocius quā ego, ibidē puniuntur.

O infelices ergo Sacerdotes, si il-
los damnari contingat, nam ipsorū
tormenta, dæmoniorum pœnas su-
perabunt: Ipsimet prout revelavit o-
lim Christus s. Birgittæ in profun-
diorem inferni locum projicientur:
*Præ omnibus diabolis profundius sub-
mergentur in inferno,* in revelat.
cap. 35. Væ ergo tibi o Sacerdos, si
pes




pes tuus labitur, & in barathrū illud præcipitaris. Ibi majora supplicia, quàm alii damnati patieris, hoc autem ideò, quia tanto lumine, & cognitione præditus nullo modo de lege, & de tui officii muniis adimplendis fuisti sollicitus.

Perpente formidabilē d. Hieronymi sententiam, ubi de pœnis damnatorum Sacerdotū loquitur, ait enim sic: *Vulgus indoctum tanquam gith, & cyminum corripietur, Sacerdotes autem magnis suppliciis torquebuntur.*

Nunc ergo o Sacerdos considera, quantum à Deo lumen accepisti, ut inter bonum, & malū discerneres, quantam cognitionem de voluntate Domini tui, deque modo illā rectè adimplendi habuisti. Quòd si his non obstantibus Deū offendisti, maxima & super omnē humanū captū
intensa

intensa supplicia in inferno te manent. Itaque totus contremisce, & cave, ne impoſterum contra Dei voluntatem, & ſacri tui muneris leges aliquid audeas. De præteritis verò defectibus tuis amaram in te excita contritionem, & lacrymis tuis divinam impetrabis miſericordiã, dicens: Mi amabiliſſime Deus, agnoſco infinitam bonitatẽ tuam; ſcio, quòd ſuper omnia mereris amari. Novi maxima mihi à te præſtita beneficia; novi quid pro me feceris, quid pro me ſuſtinueris; ſed pariter agnoſco meã erga te ſummam ingratitudinem, malitiam & perversitatẽ. Hos autẽ tam graves exceſſus meos deteſtor, & de iſtis à te ſupplico miſericordiam. Promerui infernũ; iuſtus eſſes, ſi me ad illũ damnares, ego autem ſummè iniquus fui, quòd te maximum bonum non amaverim.

Hæc



Hæc recordatio sola torquet cor meum dulcissime mi Jesu, adeoque te oro, & supplico, ut deleas iniquitatem meam, & cor mundum in me crees, quod te amet, diligat, colat, & tandem te perfruatur.

CAPUT II.

CONSIDERA, quã acerbæ, & crudelēs erunt pœnæ Sacerdotibus in inferno dictandæ ob specialem ingratiudinẽ ipsorum erga Deũ, qui illos honoribus, privilegiis, & donis cumulaverat. *Major status fit majoris pœnæ occasio*, ait d. Joannes Chrysoſtomus; & insuper, *Sacerdos eadem peccans cum populo, multo graviora patietur.*

Quando Deus edixit rationem, quare severius in Isrãelitas, quã in Gentiles animadvertere volebat, ait se idẽ facturum, quia illos maximis effecerat beneficiis. *Vos cognovi ex omni-*

omnibus
visitabo
vestras.

Joan. Ch
illos pœn
post hono

hoc app
peccaver

talis mi
explicab

Propo
pondera
tes cora


dicentur
ne Sane
gate illi

stamenti
gnum h
re, quos

condem
lia ratio
illis hor

*omnibus cognationibus terræ, idcirco
 visitabo super vos omnes iniquitates
 vestras. Quæ verba explicans d.
 Joan. Chrysoft. ait: Ostendit majori
 illos pœnâ dignos, quòd peccaverint
 post honores ab ipso acceptos. Deinde
 hoc applicat Sacerdotibus, qui, cū
 peccaverint post acceptum Sacerdo-
 talis ministerii honorem, pœnis in-
 explicabilibus afficientur.*


Proponit idem s. Doëtor ulteriùs
 ponderandum, quòd mali Sacerdo-
 tes coram Christo constituti, ut iu-
 dicentur, ab ipso honorifico nomi-
 ne Sanctorum vocabuntur: *Congre-
 gate illi sanctos eius, qui ordinant te-
 stamentum eius super sacrificia. Ma-
 gnum hoc mysterium, sanctos voca-
 re, quos æternis suppliciis parat
 condemnare. Hoc autem non ex a-
 lia ratione, quàm ut commemorans
 illis honorem, & sanctitatem digni-
 tatis,*



tatis, ad quam fuerant assumpti, de futuris maximis suppliciis suis sibi persuadeant. *Sanctos appellat, quos est condemnaturus, accusationem augens, honorem adjiciens & majorem significationem supplicii; ait idem Chrysostomus.*

Elevabit ergo manus suas Deus ad puniendos illos, qui exaltati ad statum sanctitatis, illum offendere ausi sunt; hoc enim prædixit Regius vates: *Leva manus tuas in superbiam eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in sancto.* Hæc autem divinarum manuum elevatio innumerabiles pœnas, & flagella, quibus affiendi sunt Sacerdotes, significat. Decem plagæ, quibus Deus castigavit Egyptum, gravissimæ pœnæ fuerunt, & tamen tunc Deus unico usus est digito, prout habetur in Exodo *Digitus Dei est.* Quid ergo
crit,

erit, cum
bas man
cerdotes
Confu
& si tua
num lue
stare, &
evitare,
evitabis.
Perpe
quod qu
gnitatis
pœnarū
Tantus
cumulus
honor est
pondus
est, ut S
plicia ab
ora sint,
Desce
inferaun




erit, cūm Deus non digitum, sed ā-
bas manus elevabit ad reprobos Sa-
cerdotes in inferno puniendos?

Consule o Sacerdos rebus tuis,
& si tuæ ingritudinis pœnas æter-
nūm luere non vis, eam nunc dete-
stare, & eandem imposterū studeas
evitare, aliās inferni supplicia non
evitabis.

Perpende ulteriūs cum d. Isidoro,
quòd quantum est Sacerdotalis di-
gnitatis pondus, tanta erit gravitas
pœnarū pro Sacerdotibus reprobis.
*Tantus ad ipsius pœnam & cruciatū
cumulus accedet, quantus prius in eo
honor est collatus.* Si ergo muneris
pondus est gravissimū, consequens
est, ut Sacerdotum damnatorū sup-
plicia absque comparatione acerbi-
ora sint, quā sæculariū tormenta.

Descendant igitur Sacerdotes in
infernum viventes, ut iuxta d. Ber-

nar-



nardum, illuc non descendant morientes, & obseruent, quòd ignis infernalis longè magis cruciabit Sacerdotes, quàm Laicos. Dæmones quoque crudelissimi infernalis laniensæ ministri, maximè exercent suã rabiem contra Sacerdotes, quia Dei ministri fuerunt, & ad plurimorum salutem contribuerunt. Character Sacerdotalis in Sacerdotũ animabꝫ impreflus erit diabolis calcar ad magis sapiendum contra miseros illos sub illorum tyrannide cruciandos in illo igne devorante, & arduibus sempiternis.

O Sacerdos tam sublimiter à Deo exaltatus, & tamen Deũ offendens, quare non cogitas, quòd ministeriũ hoc tibi majoris damnationis occasio fiet. Omnes honores, & præminentia, quibꝫ in vita potitus es, cruciatus & angores tibi cumulabunt

æter

æternos
eò majus
placitum;

CONFITE
toler

inferno

Sacerdot

synderet

petuò ro

bit, dicè

cerdos,

cælorum

atum ad

autem il

cælestium

fui, & t


aras illis

nudus &

rum tyr

tur elect

int, cæli



eternos: *Quò major est auctoritas,
eò majus est eorū, qui peccarunt, sup-
plicium;* ait. Chrysoſtomus.

C A P U T III.

Conſidera, quòd aſperitas, & in-
tolerabilitas pœnarum, quas in
inferno ſuſtinere debebunt reprobi
Sacerdotes, vel maximè à verme
ſynderesiſ, conſcientiã ipſorū per-
petuò rodente, derivabit. Cogita-
bit, dicètque intra ſe miſer ille Sa-
cerdos, ecce ego in manibus meis
cælorum claves tenui, illūmq̃ be-
atum aditum tot aliis reſeravi, ego
autem illis pro me uti neglexi. Ego
cæleſtium theſaurorum diſpenſator
fui, & tot animas nunc in cælo be-
atas illis ditavi, ego autem infelix,
nudus & miſerabilis ſub dæmonio-
rum tyrannide detineor. *Ingre-
diuntur electi, Sacerdotum manibus ad-
iuti, cæleſtem Patriam, & Sacerdo-
tes*

tes ipsi per vitam reprobam in inferni supplicia festinant.

Recordabitur Sacerdos, quã brevis fuerit admiffa voluptas, & interea se pœnis æternis addictum videbit. Refricabit sibi cognitionẽ, quã de Deo habuit, lumen, media, & occasiones, quas pro sua operanda salute obtinuit, & cùm hæc omnia neglexerit, nunc in infernali ergastulo absque ulla exitus spe sepultus iacebit. Si conscientie remorsus in hac vita adeo acutus & pungens est, ut aliqui præ ipso mortem sibi delegerint, quanto acerbior & crudelior erit in inferno, ubi nec modus, nec spes illum sedandi dari poterit?

Quandam refrigerii speciem in mundanis afflictionibus experimur, cùm ab iisdem cogitationem nostrã distrahere possumus; sed hac con-

sola-

solation
mnati, qu
sante syn
tem statu

De te
& quando
te ipso d
obtinend
utaris, ne

gentiam
Perpet
dæmonio
Theologi
que conf

calestis b
pœnam c
in ration
infinito,
Doctores
nas in co
vix pœn


Hans

solatione privabuntur infelices damnati, quia, in ipsius nunquam cessante synderesi, perpetuò infelicitatem statûs sui recolere debebunt.

De te ergo recogita, o Sacerdos, & quandoquidem tua salus æterna à te ipso dependet, ex quo media illâ obtinendi tibi non desunt, illis factutaris, ne æternûm in inferno negligentiam tuam deslere tenearis.

Perpende ulterius, quòd maxima dæmoniorum pœna est illa, quam Theologi vocant pœnâ damni, quæque consistit in perpetua Dei, & celestis beatitudinis amissione. Hanc pœnam d. Thomas vocat infinitam in ratione pœnæ, quia privat Bono infinito, nempe Deo. Et alii Sacri Doctores tenent cæteras inferni pœnas in comparatione pœnæ damni, vix pœnas esse.

Hanc autem pœnam nemo intimi-



ūs sentiet, quàm damnatus Sacerdos
 propter conscientix remorsū, à quo
 indefinenter cogetur super damna-
 tione sua amarissimè se reflectere.
 Agnoscet miser & intra se dicet: tot
 vicibus in manibus meis Deū tenui,
 & nunc in æternum amisi. Ad meas
 voces toties Deus ad me descendit,
 nunc me super omnia abominatur.
 Ego intimus & familiaris ipsi fui,
 ego ministerio suo decoratus; ab il-
 lo repudior, & omni spe illum pla-
 cendi, & unquam ampliùs videndi
 destitutor.

O tormentū, o cruciatus, o sup-
 plicium! Vide ergo mi frater Sacer-
 dos, ne hæc pati aliquando debeas.
 Nunc utere conscientix tuæ remor-
 su, ut misericordiã à Deo implores
 & consequaris per verã cordis con-
 tritionem, & per merita sanguinis
 & mortis Jesu Christi Salvatoris no-
 stri.

CA-

C
 Propo-
 dam
 mirum,
 qui dam-
 beatitud-
 intimat
 etor Div-
 qui pro-
 cere, cū
 affectus
 ter Sacer-
 fiant, se
 Confic-
 tur sent-
 vincaris
 quã idē
 sa est, q
 animam
 Magi-
 requirat

❁(o)❁

CAPUT IV.


PROpono tibi tandem considerandam formidabilem veritatem, nimirum, quòd Sacerdotū plures sunt, qui damnantur, quàm qui cælestem beatitudinem assequuntur. Hoc tibi intimat maximus ille Ecclesiæ Doctor Divus Joannes Chrysostronus, qui protestatur se id non temerè dicere, cū ait: *Non temerè dico, sed ut affectus sū & sentio, non arbitror inter Sacerdotes multos esse, qui salvī fiant, sed multò plures, qui pereunt.*

Considera rationē, cui hæc innititur sententia, ut de eius magis convincaris veritate. Prima ergo ratio, quā idē sanctus affert, hæc est: *In causa est, quoniam res excelsum requirit animum.*

Magnam ergo perfectionem cum requirat status Sacerdotalis, dū Sa-

○

cer-



sacerdos ex tepiditate, aut negligentia
 delinquit, Deus illum derelinquere
 solet, & gratiis suis privare, prout
 scribit d. Ambrosius, *Deus negli-
 gentes deserere consuevit, & hoc con-
 firmatur ex cōminatione facta Epi-
 scopo Laodicæ in Apocalyp. cap.
 3. Quia tepidus es, incipiam te evo-
 mere ex ore meo.* Desertus itaque à
 Deo miser Sacerdos labitur de pec-
 cato in peccatum, donec tandem ad
 infernum præcipitur.

O quam terrere debet nos Sacer-
 dotes id, quod scribit in hanc rem
 Hugo Cardinalis, nimirum quod Sa-
 cerdotes sunt sicut palmites, qui
 quousque vitis stipiti nempe Chri-
 sto uniti sunt, fructum afferunt; cū
 autem à Christo separantur, ad ni-
 hil valent, nisi ut in ignem mittan-
 tur: *Clerici & religiosi, quando Chri-
 sto*

flo adba
 & mult
 autem a
 mentum
 ti, & in
 Alia
 tas inni
 facile E
 mittit,
 largitur
 natus
 quod Sa
 bus offe
 fringant
 & non
 Hieron
 ptaaz,
 lus me
 O q
 pfit d
 hil fel
 2113

sto adherent, optimi sunt, & optimū
 & multum fructum faciunt; quando
 autem à Christo separati sunt, nutri-
 mentum sunt ignis peccati in presen-
 ti, & in futuro ignis infernalis.

Alia ratio, cui firmiter hæc veri-
 tas innititur, est; quia Deus non est
 facile Ecclesiasticorum peccata di-
 mittit, nec tam facile ipsis gratia
 largitur, ut resipiscant; ita enim mi-
 natus est per Ezechielem: Pro eo,
 quod Sanctum meum violasti, in omni-
 bus offensionibus tuis, ego quoque con-
 fringam, & non parceret oculus meus,
 & non miserebor; vel sicut legitur d.
 Hieronymus iuxta versionem se-
 ptuag. abjiciam te, non parceret ocu-
 lus meus.

O quam verum est id, quod scri-
 psit d. Augustinus, quod sicuti ni-
 hil felicius, nihil honorabilius in

hac vita, quàm Sacerdotem esse, ita nihil est, quod nos faciliùs ad æternam damnationem ducat, si prout decet Sacerdotes, non vivimus; *nihil damnabiliùs, si perfunctoriè agatur.*

Ex consideratione huius veritatis sanctum concipe timorè, ne tu que que in damnatorum numero reperiaris; & ut hanc infelicitatè evadas, veram & solidam vitæ reformationem instituas; seriò & fervidè Dei famulatum adimpleas, & cogites, quòd agitur de bona aut infelici æternitate.


Perpende ulterius, quòd si omnes Sacerdotes æternæ damnationis periculo subiacent, particulariùs id timendū est à Sacerdotibus animarum curam habentibus; si enim de primis, uti dictū est, pauci salvantur,

tur, de
damnat
sanctus
verbis:
quis ex
hon Perp
idem se
Sacerd
tenetur
pria se
omnib
mem h
omnia e
exacti
ovicul
impio
Sacera
am au
cum i
tur.
In
conu

tur, de secundis paucissimi æternā
damnationem evadunt. Hoc innuit
sanctus Joannes Chryſtoſtomus illis
verbis: *Miror, an fieri poſſit, ut ali-*
quis ex Rectoribus ſit ſalvus.

Perpende rationem, quam alibi
idem ſanctus adducit, nimirū, quia
Sacerdos curam animarum habens,
tenetur non ſolū de anima pro-
pria ſedulam gerere curam; ſed de
omnibus ſibi commiſſis animabus ſū-
mam habere ſolicitudinem, & ſi o-
mnia exequeretur, ut animæ ſuz
exactiſſimè conſulat, unius autem ex
oviculis ſuis ſalutē negligeret, inter
impios & ſceleratos reputabitur.
Sacerdos, ſi vitā ſuā diſpoſuerit, tu-
am autem non diligenter curaverit,
cum impiis in gehennam detrude-
tur.

In confirmationem hujus veritatis




facit id, quod refert Cafarius de quodam Monacho Claravallensi, qui nunquam adduci potuit, ut Episcopatum susciperet. Hic post mortem cuidam Religioso apparuit, & cum ab hoc interrogaretur, an aliquod damnium passus esset ob recusatam tam sanctam dignitatem, respondit: *Minimè, imò si Episcopatum accepissè, essem eternaliter damnatus.*

Hanc veritatem insuper clariùs confirmat id, quod refert divus Hieronymus de quodam iuvene, qui ex consilio Patruì sui oblatum sibi Episcopatũ recusaverat; & cum post mortem luce circũdatus ipsi Patruo suo comparuisset, maximas ipsi de consilio dato gratias egit; & tandè ait: *Nunc essem de numero damnatorum, si fuissèm de numero Episcoporum.*

Nunc

Nunc
debes a
tibi dig
quibus
lis, nen
iam te i
vides,
mino,
vales
adi


M. D.



Nunc considera, quàm alienus esse
debes ab ambiendis & procurandis
tibi dignitatibus, & præeminentiis,
quibus adiuncta est res adeò diffi-
cilis, nempe cura animarum. Quòd si
iam te in simili dignitate constitutū
vides, aut ad eandem vocaris à Do-
mino, opus quidē bonum operari
vales; sed cura, ut id debitè
adimpleas; aliàs animam
tuam, Dei fruitionem, &
æternam beatitu-
dinem amit-
tes.

Ad

M. D. G. B. V. M. S. L. O. C. H.
OO. Ss. cultum ac vene-
rationem.



2000
185
186
187

188
189
190